CONIECTANEA IN JULIANUM ET CYRILLI ALEXANDRINI CONTRA ILLUM LIBROS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM SCRIPSIT
ET
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XX. M. JUNII A. MDCCCLXXXIII HORA XI½
IN AULA LEOPOLDINA
PUBLICE DEFENDET

PAULUS KLIMEK
SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
MAXIMILIANUS FELLMANN, DR. PHIL.
THEODORUS SCHWIERCZINA, DR. PHIL.

VRATISLAVIAE.
TYPIS SOCIETATIS TYPOGRAPHORUM VRATISLAVIENSIUM.
MDCCCLXXXIII.

In Juliani libros manu scriptos ita inquirere statueram, ut quae ratio inter singulos intercederet exponerem. quia vero non omnia Juliani scripta iisdem codicibus, sed alia aliis servata sunt, mox mihi amplior materia visa est quam ut hac commentatione accurate tractari et absolvi posset. quare illam quaestionem in aliud tempus distuli locosque nunc nonnullos Juliani emendare satis habeo, cum praesertim et post ipsas Cobeti, Hertleni, Hercheri, Neumanni curas bonae frugis plenissimas Julianum vitiis scatere intellexerim et ad codices rectius aestimandos corruptelis detegendis ac sanandis aliquid me confidam collaturum esse. iam ab Orationibus initium faciamus.

Or. I. p. 12 D. καίτοι τὸν Ὀδυσσέα συνετὸν Ὅμηρος ἐκ παντὸς ἀποφῆναι προαιρούμενος πολύτροπον εἶναί φησι καὶ πολλῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν καταγνῶναι καὶ ἐπελθεῖν ταῖς πόλεσιν, ἵν' ἐξ ἁπάντων ἐπιλεξάμενος ἔχοι τὰ κράτιστα καὶ πρὸς παντοδαποὺς ἀνθρώπους ὁμιλεῖν δύναιτο. ἀλλὰ τὸν μὲν οὐκ ἐβασίλευσε ποικίλων ἠθῶν ἐμπειρίας χρεία· τὸν δὲ πρὸς τοσαύτην ἡγεμονίαν τρεφόμενον οὐκ ἐν οἰκίσκῳ που χρῆν διδάσκεσθαι . . . ., ἀλλ' ἔθνεσιν ὁμιλεῖν καὶ δήμοις. verba τὸν μὲν - χρεία male omnibus codicibus tradita sunt, qui eo tantum inter se discrepant quod V, omnium optimus liber, τὸ μὲν et χρείαν praebet. cuius lectionem Hertlenius ita tentavit, ut ἀλλὰ τὸν μὲν οὐκ ἐπαίδευσε ποικίλων ἠθῶν ἐμπειρία πρὸς χρείαν coniceret. sed neque facilitate haec emendatio commendatur et tam contorta tamque ambigua verba ab Hertlenio proposita sunt, ut Juliano tribui

non possint. sic enim illa intellegi possunt, quasi Ulixi variorum morum cognitio non suffecerit. quanquam hoc sine dubio Julianus significat Constantio illum usum necessarium fuisse, minime vero regulo illi Ithacesiorum. alia igitur ratione locus sanandus est. ἐβασίλευσε praedicatum sententiae esse nequit, sed ἐπαίδευσε scribentem Hertlenium ne originem ac sedem quidem vitii detexisse arbitror. neque enim traditas literas mutando librarii locum depravaverunt, sed ante ἐβασίλευσε quaedam omiserunt. hoc pro certo exploratoque habeo, quae vero verba intercepta sint, non item. quanquam sententia certe probabilis evadet, si sic scripserimus: ἀλλὰ τῷ μὲν οὐκ (ἦν, ὡς) ἐβασίλευσε, ποικίλων ἠθῶν ἐμπειρίας χρεία.

Or. I. p. 25 D. ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ καὶ τὴν τύχην τὴν σὴν ἀμείνω καὶ δικαιοτέραν τῆς τῶν ἀντιταξαμένων, μᾶλλον δὲ τῆς ἁπάντων ἀνθρώπων κρατίστην φήσαιμι, ἀδικεῖν ἂν εἰκότως δοκοίην. recte quidem Hertlenius (Zur Kritik der ersten Rede Julians p. 15) aliquid resecandum esse suspicatus est, sed nolim cum eo superlativum κρατίστην delere, quod nulla me quidem iudice librario eius addendi causa fuit. paulo probabilius est τῆς ante ἁπάντων ἀνθρώπων traditum falso ex autecedentibus repetitum esse, quae coniectura vel eo fulcitur quod maiore cum vi Constanti felicitas mea quam Hertleni lectione effertur. ac ne inusitatior haec sanandi ratio videatur, conferri iubeo p. 75 A, 89 A, 207 A, 254 A.

Or. I. p. 26 D. καὶ τέως μὲν ἐπηγγέλλετο τὰ προσήκοντα δράσειν οὐδαμῶς αὐτὸν ἀξιῶν τῆς ἀρχῆς, ἐπίτροπον δὲ οἶμαι πιστὸν καὶ φύλακα παρέξειν ἐπαγγελλόμενος· ἔμελλε δὲ οὐκ εἰς μακρὰν ἄπιστος φανεῖσθαι κτέ. dicta haec sunt de Vetranione, legionum Illyricarum praefecto, qui, quanquam fidum se Constantio contra Magnentium pugnaturo socium futurum promiserat, ipse a militibus se imperatorem renuntiari passus est. quod ille non fecisset, si, ut Julianus dixisse perhibetur, regno se indignum duxisset. verba igitur, sicuti tradita sunt, ferri non possunt, sed ὡς autea οὐδαμῶς inseri iubeo, quo simulata a Vetranione modestia videatur.

Or. I. p. 29 C. Ἀλλ' εἰ πάσας ἐξαριθμεῖσθαι τὰς πόλεις βουλοίμην αἳ πρὸς τὰς ὑποδεεστέρας οὐ κατῆρκεσαν παρασκευὰς,

πόσας οἴει μοι βίβλους ἀρκέσειν; codex V βουλόμενος pro βουλοίμην praebet, quod ita Hertlenius probat, ut ἀλλὰ pro ἀλλ' εἰ scribi velit duobus exemplis non aliena a Juliani dictione eiusmodi anacolutha esse docens. sed nolim ego talia coniectura in scriptorem aliquem inferre. accedit quod non in ἀλλ' εἰ, quod codicum consensus tueatur, mendum latet, sed ubi librorum lectiones inter se discrepant. codex V autem hic quoque genuinae scripturae vestigia melius servavit quam ceteri libri. βουλοίμην enim emendationem librarii redolet, qui, cum participium quod in codice invenit alienum a loco esse perspiceret, βουλοίμην pro βουλόμενος scripsit. itaque nisus V codicis auctoritate βουλοίμην ὅσαι pro βουλόμενος αἳ Julianum scripsisse suspicor.

Or. I. p. 40 A. καί τισι τοιούτοις ἑτέροις αὐτὸν ψυχαγωγῶν τὸν πάντα διετέλει χρόνον, ἕως αὐτὸν καθάπερ Ὀλυμπιονίκης περὶ τῷ τρίτῳ παλαίσματι καταβαλὼν δίκην ἐπιθεῖναι τῶν τετολμημένων ἀξίαν κατηνάγκασας ὤσαντα διὰ τῶν στέρνων τὸ αὐτὸ ξίφος ὃ πολλῶν πολιτῶν ἐμίανε φόνῳ. narrat hic Julianus de fine belli inter Magnentium et Constantium gesti et quomodo mortem sibi ille consciscere coactus sit. sed vitio locum laborare intelleget quicunque accuratius verba examinabit. neque enim cui Magnentius poenam irrogaverit dicitur, cum p. 74 C eandem rem sic Julianus repetat: καὶ τὸ τελευταῖον καὶ τρίτον (fort. leg. τρίτον καὶ τελευταῖον) πάλαισμα περὶ ταῖς Κοττίαις Ἄλπεσιν, ὃ δὴ βασιλεῖ μὲν παρέσχεν ἀσφαλῆ καὶ τοῦ μέλλοντος ἀδεᾶ τὴν ὑπὲρ τῆς νίκης ἡδονήν, τὸν δὲ ἡττηθέντα δίκην ἐπιθεῖναι δικαίαν αὑτῷ καὶ τῶν ἐξειργασμένων πάνυ ἀξίαν κατηνάγκασε. αὑτῷ igitur nostro loco inseri necesse est, quod haud scio an aptissime inter ἀξίαν et κατηνάγκασας interponatur. nam de duobus locis quibus, nisi hiatum inferre velimus, αὑτῷ poni potest ut alterum eligerem, loci me quem attuli similitudo adduxit.

Or. I. p. 48 C. ἀλλὰ τὸ μικρὸν μετὰ τὴν τοῦ τυράννου δυστυχῆ τελευτὴν ἐν Γαλατίᾳ γενόμενον κοινὴν ἁπάντων ἔδειξε στρατοπέδων τὴν εὔνοιαν τὸν θρασυνόμενον καθάπερ ἐπ' ἐρημίας καὶ τὴν γυναικείαν ἁλουργίδα περιβαλόμενον ὥσπερ τινὰ λύκον ἐξαίφνης διασπασαμένων. mendose locum traditum esse non est

quod ego demonstrem, cum optime id a Martino Hertz (Fleckeiseni annal. CXXIII, p. 286) expositum sit, qui recte a me λύκοι pro λύκον propositum esse iudicat, sed ut comparatio perfecta sit, ὥσπερ (οὖν) τινα λύκοι scribi vult. atque οὖν quidem aptissime insertum videtur, sed meam coniecturam retractare coactus sum. temere enim hiatum a Juliano in hac oratione diligenter evitatum intuli. quapropter λύκος pro λύκοι substituam, cum praesertim nihil nos hoc loco de pluribus lupis cogitare cogat.

Or. II. p. 51 B. codices quorum paene nullus criticis usus est exhibent

ἀνὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων

ἔστη σκῆπτρον ἔχων, τὸ μὲν Ἥφαιστος κάμε τεύχων, καὶ ἔδωκε Διὶ, ὁ δὲ τῷ τῆς Μαίας καὶ ἑαυτοῦ παιδὶ, Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκε, ὁ δὲ Πέλοπι, Πέλοψ δὲ

δῶκ' Ἀτρέι ποιμένι λαῶν.
Ἀτρεὺς δὲ θνήσκων ἔλιπε πολύαρνι Θυέστῃ.
αὐτὰρ ὅγ' αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι δῶκε φορῆναι,
πολλῇσιν νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν,

optimi libri vero V et M verba δῶκε, ὁ δὲ Πέλοπι, Πέλοψ δὲ omittunt, unde ea ne in codice archetypo[1]) quidem scripta fuisse colligo. Hertlenius libris V et M Juliani verba integra servata esse negavit ac iure id quidem. neque enim credibile est Julianum ubi exponat, quanta sit gentis regiae Pelopi-

[1]) M codicis lectiones multis locis notabiliter ut hic a ceteris libris discrepant, cum V consentiunt. nec tamen inde recte concludatur illum ab hoc transscriptum esse. ut enim unum locum e multis afferam, ex his p. 96 B verbis διηνέχθη γοῦν ὑπὲρ τούτου πρὸς τὸν ξενοδόκον αὐτὸς ὢν ἀλήτης καὶ ξένος καὶ ταῦτα εἰδὼς ὅτι

ἄφρων — καὶ οὐτιδανὸς πέλει ἀνὴρ,
ὅστις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρῃσι βαρεῖαν,

quae M codice bene servata sunt, cum in V verba αὐτὸς ὢν — ξεινοδόκῳ desint, illum librum de exemplari appareat descriptum esse quod hoc loco integram lectionem habuerit. codicem igitur archetypum statuo utriusque fontem fuisse, ita tamen, ut V aut ab ipso aut ab eius apographo accuratissime confecto, M vero a libro longiore serie librariorum inter illum codicem et archetypum intercedente vehementer depravato profectum videatur.

darum antiquitas, ceteros reges omnes enumerasse, Pelopem vero, primum regem, non commemorasse, praesertim cum apud Homerum, cuius verba maximam partem exscripsit, haec legantur (B 104):

Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκεν Πέλοπι πληξίππῳ,
αὐτὰρ ὁ αὖτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρέι ποιμένι λαῶν.

praeterea Juliani verba quae p. 51 C. extant αὕτη σοι τῆς Πελοπιδῶν οἰκίας ἡ γενεαλογία εἰς τρεῖς οὐδὲ ὅλας μείνασα γενεὰς Pelopis mentionem nostro loco factam esse docent. suo igitur iure Hertlenius optimorum codicum lectionem non recepit, male vero me iudice fecit quod cum Reiskio ceteros libros secutus est. nam ne hi quidem lectionem exhibent quae non mutata recipi possit, sed verba ὁ δὲ ante Πέλοπι tradita Reiskio eicienda fuerunt, ut recte oratio procederet. accedit quod verba Ἑρμείας δὲ δῶκε hexametri Homerici principium sunt, post quod quis Julianum pedestri sermone usum verbis δῶκε Πέλοπι, Πέλοψ δὲ enuntiatum perrexisse, conclusisse vero parte versus Homerici credet? quae cum ita sint, verba δῶκε ὁ δὲ Πέλοπι, Πέλοψ δὲ a Juliano nego scripta esse nec temere omnino lectori alicui ea mihi tribuere videor, qui verba Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκ' Ἀτρέι ποιμένι λαῶν, quae in libro suo invenerit neque convenire intellexerit narrationi Homericae, δῶκε ὁ δὲ Πέλοπι, Πέλοψ δὲ addendo correxerit. omnes igitur libri eodem vitio eoque vetusto laborant, quod in V et M apertum est, tegitur in ceteris codicibus alieno additamento. orta autem corruptela fortasse inde est quod librarius aliquis priorem partem prioris versuum Homericorum quos supra attuli et posteriorem alterius a δῶκεν ad δῶκ' oculis aberrans in unum coniunxit. nec statim error animadversus est, cum ita forte verba mutilata essent, ut iustus versus evaderet. Julianum igitur

Ἑρμείας δὲ ἄναξ (δῶκεν Πέλοπι πληξίππῳ,
αὐτὰρ ὁ αὖτε Πέλοψ) δῶκ' Ἀτρέι ποιμένι λαῶν.

scripsisse iudico, cui coniecturae vel hoc favet quod ratio sic quaedam a scriptore observata videtur, ut de Pelopidis accuratius exponat versibusque Homericis utatur, penes quos

vero autea sceptrum illud fuerit, cum hoc minus ad rem pertineat, brevius atque concisius quam Homerus dicat.

Or. II. p. 54 D. τίνας οὖν Ὅμηρος διαφερόντως ὕμνησεν Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ βαρβάρων; αὐτὰ ὑμῖν ἀναγνώσομαι τῶν ἐπῶν τὰ καιριώτατα. Julianus, si recte locum intellego, non suis, sed ipsius Homeri verbis de ducum et Trojanorum et Graecorum fortitudine iudicantem se usurum esse dicit. sed ut haec sententia verbis insit, αὐτὰ vel ipso hiatu perquam suspectum in αὐτῶν mutandum est.

Or. II. p. 56 D. ἡγεῖτο δὲ αὐτὸς οὔτι κατὰ τὸν Τυφῶνα, ὃν ἡ ποιητικὴ τερατεία φησὶ τῷ Διὶ χαλεπαίνουσαν τὴν γῆν ὠδῖναι. ὃν δὴ ἡ scribendum est, quia V non ὃν ἡ, sed ὃν δὴ praebet. ac ne quis hiatum a me vitiose illatum opinetur, Neumanni edit. Jul. adv. Christ. fragm. p. 157, 8 conferri iubeo.

Or. II. p. 61 B. ὅστις δὲ ἐθέλει μηδὲν ὑπὸ τοῦ κάλλους ἐξαπατᾶσθαι τῶν ῥημάτων καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιφερομένων πλασμάτων ὥσπερ ἐν ἀρχῇ περὶ ἀρωμάτων τινῶν καὶ χρωμάτων, Ἀρεοπαγίτης ἔστω κριτὴς καὶ οὐκ εὐλαβησόμεθα τὴν κρίσιν. Hertlenius pro verbis ἐν ἀρχῇ — χρωμάτων proposuit ἐν γραφῇ ὑπ' ἀργυρωμάτων τινῶν καὶ χρυσωμάτων. sed ut hac comparatione facile carere possumus, ita ille nimis codicum lectionem neglexit, quae ipsa ut aliam emendandi viam ingrediamur monere videatur. neque enim casui hoc tribuam quod, si ἐν ἀρχῇ-χρωμάτων expunxeris, reliqua absolutam ac perfectam sententiam habebunt, omissa vero non prorsus destituta sensu erunt. accedit quod verba ἐν ἀρχῇ et περὶ praepositio arguere videntur a lectore nos aliquo ad huius orationis principium delegari, ubi de Homeri orationis ornandae arte agatur (cf. p. 50 D, 52 B et C). similia emblemata p. 18 A et 294 B ab aliis deleta sunt, alterum ipse mihi p. 24 huius commentationis detexisse videor.

Or. II. p. 63 A. διασώζουσι γὰρ καὶ ἀπομιμοῦνται τὰ Περσικὰ οὐκ ἀξιοῦντες, ἐμοὶ δοκεῖν, Παρθυαῖοι νομίζεσθαι, Πέρσαι δὲ εἶναι προσποιούμενοι. ταῦτά τοι καὶ στολῇ Μηδικῇ χαίρουσι· καὶ ἐς μάχας ἔρχονται ὁμοίως ἐκείνοις ὅπλοις τε ἀγαλλόμενοι τοιούτοις καὶ ἐσθήμασιν ἐπιχρύσοις καὶ ἁλουργέσι. coniectura sine dubio verba ὅπλοις τε ἀγαλλόμενοι τοιούτοις tentanda sunt, quia hoc apparet Julianum dicere voluisse Parthos, ut Persarum

victum ac cultum reliquum imitarentur, similiter atque illos in proelium proficisci iisdemque armis uti. talis autem sententia erit, si τοῖς αὐτοῖς pro τοιούτοις substituerimus.

Or. II. p. 73 A. . . . ὑπομνήσθητε τῆς τοῦ Μακεδόνος ἐπὶ τοὺς Ἰνδοὺς πορείας, οἳ τὴν πέτραν ἐκείνην κατῴκουν, ἐφ' ἣν οὐδὲ τῶν ὀρνίθων ἦν τοῖς κουφοτάτοις ἀναπτῆναι, ὅπως ἑάλω, καὶ οὐδὲν πλέον ἀκούειν ἐπιθυμήσετε. haec verba, nisi legibus grammaticis vim afferre velimus, explicari non posse ex hac perspiciatur Petavi interpretatione: 'cogitate enim animo vestro Macedonis illam adversus Indos expeditionem, qui in ea rupe degebant, ad quam vel levissimae volucres evolare difficile possent: recordetur, inquam, quemadmodum ea capta sit.' ego mihi locum eo in integrum restituere videor quod *(καὶ)* ὅμως ἑάλω pro ὅπως ἑάλω conicio. pronomen relativum repeti non opus est, cf. Krueger. gramm. gr. § 60, 6. similiter ὅπως pro ὅμως V codex p. 293 D exhibet.

Or. II. p. 89 C. καὶ οὐκ ἄν ποτε ἑκὼν ἅψαιτο κρίσεως, ἐφ' ᾗ θάνατος ἡ ζημία παρὰ τῶν νόμων τοῖς ὠφληκόσι τὴν δίκην προαγορεύεται. vitiose ante ζημίαν articulus adiectus est.

Or. III. p. 111 D. τὸν δὲ τὴν ἁλουργίδα καὶ τὴν κιθάραν ἐπαινοῦντα ληρεῖν οἴεται καὶ ἀνοηταίνειν. καὶ εἰ μετὰ πλείονος τὰ τοιαῦτα διηγεῖται λέξει τε ἡδίστῃ κοσμῶν καὶ ἐπιλεαίνων τὸ φαῦλον καὶ ἀγεννὲς τῶν διηγημάτων, γελοιότερον νομίζει τῶν ἀποτορνεύειν τὰς κέγχρους ἐπιχειρούντων. Hertlenius pro μετὰ πλείονος διὰ πλειόνων coniciens sermonem restituisse videtur qui homini graeco non displiceret, minime tamen ipsa Juliani verba. nam μετὰ praepositio et singularis πλείονος satis manifesto genetivum substantivi post πλείονος intercidisse indicant. ac mihi quidem τέχνης maxime ad sententiam quadrare videtur.

Or. III. p. 112 B. ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν βασιλείων εἴσω παρῆλθε καὶ τῆς ἐπωνυμίας ταύτης ἠξιώθη, τί πρῶτον ἔργον ἐκείνης γέγονε, καὶ αὖθις δεύτερον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τρίτον, καὶ πολλὰ δὴ μάλα τὸ ἐντεῦθεν; nonne potius καὶ *(τἄλλα)* πολλὰ δὴ μάλα τὸ ἐντεῦθεν scribendum est, ut ad omnia Eusebiae facinora haec interrogatio pertineat?

Or. III. p. 113 D. . . . ἆρ' οὐχ ὅτι τῇ Πηνελόπῃ συνεῖναι ἐθέλων τοὺς ἄθλους αὐτῇ καὶ τὰς στρατείας χαρίεντα διηγήματα

φέρειν ὑπέλαβε; pro τὰς στρατείας, cum neque accusativus neque pluralis explicari possit, τῆς στρατείας reponendum esse censeo. fortasse praecedens accusativus corruptelae causa fuit.

Or. III. p. 115 B. ὃ δὴ καὶ ἡ βασιλὶς ἥδε ξυννοοῦσα κακὸν μὲν οὐδὲν οὔτε ᾔτησεν ἄλλῳ ποτέ τινι οὔτε κόλασιν οὔτε τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν οὐχ ὅπως βασιλείᾳ τινὸς ἢ πόλει, ἀλλ' οὐδὲ οἰκίᾳ μιᾷ τῶν πολιτῶν. ut vitium quod in verbis inest tolleretur, Reiskius ἐκέλευσεν post ἐπαγαγεῖν addidit. sed hoc illi coniecturae obstat quod ipsa κόλασις ac τιμωρία in malis numeranda est neque inter se κακὸν et κόλασις καὶ τιμωρία opponi possunt. quod vitium Hertlenius vitare studuit, cum κακὸν μὲν οὐδὲν ἐκέλευσεν οὔτε ἄλλο ποτὲ οὔτε κτέ scripsit, sed tantopere in verba tradita grassatus est, ut subscribere eius coniecturae non possim, cum praesertim cur ᾔτησεν eiciendum sit non videam, quoniam infinitivus inde suspensus offensioni esse non potest. accedit quod aliud malum praeter κόλασιν καὶ τιμωρίαν haud verisimile est Julianum nostro loco in mente habuisse, quippe qui haec de eadem Eusebia p. 114 C. scribat: ὥστε οὐκ ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι, ὅτῳ γέγονεν ἡ βασιλὶς ἥδε.... αἰτία τιμωρίας καὶ κολάσεως μικρᾶς ἢ μείζονος. quare nihil addi, sed οὔτε aute ᾔτησεν deleri malim, quod ex sequenti versu irrepsisse videatur.

Or. III. p. 123 A. ταῦτα ἐγὼ ἐλογιζόμην . . . . . σύννους ὢν καὶ σκυθρωπός. ὁ γενναῖος δὲ καὶ θεῖος ἀληθῶς αὐτοκράτωρ ἀφῄρει τι πάντως τῶν ἀλγεινῶν ἔργοις καὶ λόγοις τιμῶν καὶ χαριζόμενος. τι manifestum est, cum πάντως sequatur, tolerari non posse. neque tamen voculae illius vestigia prorsus delere, sed ἀφῃρεῖτο pro ἀφῄρει τι scribere malim.

Or. III. p. 126 A. χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον οὔτε ἐδεόμην ἐγὼ λαβεῖν οὔτε ὑμᾶς δὴ ὑπὲρ τούτων ἡδέως ἂν ἐνοχλήσαιμι. λέγων, ni fallor, post ὑπὲρ τούτων inserendum est. eandem sententiam iam Petavius hac interpretatione expressit: 'neque vobis eiusmodi praedicandis donis libenter obstrepam.'

Or. III. p. 128 C. κολάκων γὰρ δή, φασί, ποτὲ τὸν ἄνδρα (sc. Periclem) περιεστὼς δῆμος διελάγχανον τοὺς ἐπαίνους, ὁ μὲν ὅτι τὴν Σάμον ἐξεῖλεν, ἄλλος δὲ ὅτι τὴν Εὔβοιαν, τινὲς δὲ ἤδη τὸ περιπλεῦσαι τὴν Πελοπόννησον, ἦσαν δὲ οἱ τῶν ψηφισμάτων

μεμνημένοι κτέ. accusativus τὸ περιπλεῦσαι cum sine praepositione ferri non possit, ἤδη (διὰ) τὸ περιπλεῦσαι emendaverim, nam satis facile ΔΙΑ post ΗΔΗ excidere potuit.

Or. IIII. p. 132 A. ἐφικέσθαι μὲν γὰρ τοῦ πρὸς ἀξίαν εὖ οἶδα ὅτι τῶν ἁπάντων οὐδεὶς ἂν δύναιτο, τοῦ μετρίου δὲ μὴ διαμαρτεῖν ἐν τοῖς ἐπαίνοις τὸ κεφάλαιόν ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης ἐν τῷ δύνασθαι φράζειν δυνάμεως. τῆς ἀνθρωπίνης - δυνάμεως non modo propter eandem verbi radicem una voce interposita repetitam displicent, sed abundantia ita laborant, ut δύνασθαι videatur resecandum esse.

Or. IIII. p. 134 A. αὐτοῦ δὲ τοῦ φωτὸς ὄντος ἀσωμάτου ἀκρότης ἂν εἴη τις καὶ ὥσπερ ἄνθος ἀκτῖνες. nonne aute ἀκτῖνες, cum hoc verbum subiectum sit, αἱ adiciendum est?

Or. IIII. p. 139 C. οὐχὶ καὶ περὶ τὸν οὐρανὸν φαίνεται κύκλῳ πορευομένη τοῦ πέμπτου σώματος οὐσία; ἡ post πορευόμενη a librariis omissum est.

Or. IIII. p. 144 A. τούτῳ δὲ αὐτὴν ὑποτάττων ἀεὶ καὶ ἀποφαίνων σύνθρονον ἐξηγητὴς ἡμῖν ἐστι τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καλλίστων διανοημάτων. Petavius qualis sententia in verbis lateret perspexit, cum ἐπὶ τοῦ θεοῦ proposuit, sed ὑπὸ traditum nos magis ad ὑπὲρ ducit, quod apud ipsos scriptores Atticos eosque recentiores [1]) idem plane quod περὶ valet et quo saepissime Julianus utitur. facillime enim ὑπὲρ et ὑπὸ compendiis scripta inter se permisceri potuerunt. idem vitium exempli gratia p. 72 C extat.

Or. IIII. p. 148 D. συνῆκαν γὰρ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐξ ὧν ὁ θεὸς ὅδε ἐργάζεται τὸν σύμπαντα οὐρανὸν τοῖς νοεροῖς ἀγαθοῖς τελειωσάμενος κτέ. tam molesta, quia τὸν θεὸν proxime antecedit, verba ὁ θεὸς ὅδε sunt, ut non temere mihi ea a Juliano abiudicare videar.

Or. IIII. p. 150 A. . . . . φρονήσεως, ὑφ 'ἧς ἡ Σελήνη τά τε ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν θεωρεῖ νοητὰ καὶ τὰ ὑφ 'ἑαυτὴν κοσμοῦσα τὴν ὕλην τοῖς εἴδεσιν ἀναιρεῖ τὸ θηριῶδες αὐτῆς καὶ ταραχῶδες

---

[1]) cf. Hermanni Sauppe epistol. crit. ad God. Hermannum p. 35 et 36.

καὶ ἄτακτον. non prius ego verba sana esse iudicabo quam καὶ aute κοσμοῦσα additum erit.

Or. IIII. p. 155 B. οἱ μὲν τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, οἱ δὲ τὴν ἀκμὴν τοῦ θέρους, οἱ πολλοὶ δὲ φθίνουσαν ἤδη τὴν ὀπώραν Ἡλίου τὰς ἐμφανεστάτας ὑμνοῦσι δωρεάς, ὁ μέν τις τὴν τῆς ἐργασίας ἐνδιδομένην εὐκαιρίαν, ὅτε ἡ γῆ θάλλει καὶ γαυριᾷ . . . ., οἱ δὲ τὴν τοῦ θέρους ἐτίμησαν ἡμέραν, ὡς ἀσφαλῶς τότε ὑπὲρ τῆς τῶν καρπῶν ἔχοντες θαῤῥῆσαι γενέσεως, τῶν μὲν σπερμάτων ἤδη συνειλεγμένων, ἀκμαίας δὲ οὔσης τῆς ὀπώρας ἤδη καὶ πεπαινομένων τῶν ἐπικειμένων καρπῶν τοῖς δένδροις. ἡμέραν unusquisque facile concedet integrum non esse, sed ὥραν ab Hertlenio non modo audacius coniectum est, verum etiam eo displicet quod hac voce qua re aestas ceteris anni temporibus praestet minus denotatur. quapropter nescio an melius εὐημερίαν pro ἡμέραν coniectum sit.

Or. IIII. p. 156 B. πρὸ τῆς νουμηνίας, εὐθέως μετὰ τὸν τελευταῖον τοῦ Κρόνου μῆνα, ποιοῦμεν Ἡλίῳ τὸν περιφανέστατον ἀγῶνα. ne plures videantur menses Saturno sacri esse, τὸν τελευταῖον, τὸν Κρόνου μῆνα, ni fallor, emendandum est.

Or. V. p. 164 D. οὐκοῦν εἰ δυνάμει μὲν ἐν τῇ φύσει . . . τὰ εἴδη, δυνάμει δὲ ἔτι καὶ ἐν τῇ ψυχῇ καθαρώτερον καὶ διακεκριμένως μᾶλλον, ὥστε δὴ καὶ καταλαμβάνεσθαι καὶ γινώσκεσθαι . . . · πόθεν ἀναρτήσομεν τῆς ἀειγενεσίας τὰ πείσματα; nonne καθαρώτερον (δὲ) καὶ scribi praestat?

Or. V. p. 170. A. ἀλλὰ οἱ παλαιοὶ τῶν ὄντων τὰς αἰτίας . . . . εὑρόντες ἐσκέπασαν αὐτὰ μύθοις παραδόξοις . . . . . τοῖς . . . περιττοῖς κατὰ τὴν φρόνησιν οὕτως [ἂν] μόνως ἐσομένης ὠφελίμου τῆς περὶ θεῶν ἀληθείας, εἴ τις ἐξετάζων αὐτὴν ὑφ' ἡγεμόσι τοῖς θεοῖς εὕροι καὶ λάβοι διὰ μὲν τῶν αἰνιγμάτων ὑπομνησθεὶς ὅτι χρή τι περὶ αὐτῶν ζητεῖν, ἐς τέλος δὲ καὶ ὥσπερ κορυφὴν τοῦ πράγματος διὰ τῆς σκέψεως εὑρὼν πορευθείη κτέ. πορευθεὶς pro πορευθείη propter praecedens ὑπομνησθεὶς substituendum est.

Or. V. p. 174 D. ἐμοὶ δὲ πάρεστι μὲν καὶ καθ'ἕκαστον ἐπιόντι σαφεῖς καὶ τηλαυγεῖς αἰτίας ἀποδοῦναι, τοῦ χάριν ἡμῖν οὐ θέμις ἐστὶ προσφέρεσθαι ταῦτα ὧν ὁ θεῖος εἴργει θεσμός. τὰς ante αἰτίας inseri malim.

Or. V. p. 176 D. καὶ θύομέν γε, ἔφην, ὦ μακάριε, ἔν τισι τελεστικαῖς θυσίαις, ὡς ἵππον Ῥωμαῖοι, ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα θηρία καὶ ζῷα, κύνας ἴσως Ἕλληνες Ἑκάτῃ καὶ Ῥωμαῖοι δέ. miror nemini verba ὡς πολλὰ-ζῷα suspicionem movisse, quae, quoniam θηρία in ζῴων numero sunt, sicuti libris traduntur, negem ferri posse. ego θηρία καὶ eiciam. nam vocabuli ζῷον vis cum tam late pateat, ut ipsum hominem significare possit, satis facile fieri potuit ut θηρία ad ζῷα explicandi causa adscriberetur.

Or. V. p. 178 A. ἔστι γὰρ δὴ τοῦτο μάλιστα μὲν ἀνυσιμώτερον αὐτῇ τῇ ψυχῇ πρὸς σωτηρίαν κτέ. μάλιστα ἀνύσιμον vel μάλιστα ἀνυσιμώτατον graece dici potest, comparativus tolerari nequit. ego hic alterum praefero, quia comparativus et superlativus praesertim compendiis scripti facile inter se confundi potuerunt, minus vero comparativus et positivus. μάλιστα autem tam saepe apud scriptores Graecos cum superlativis coniunctum invenitur, ut notiorem hunc usum esse existimem quam ut exempla hic congeri opus sit.

Or. VI. p. 182 D. μετέσχε δὲ ἕκαστον οὗπερ ἠδύνατο, τὰ μὲν ἄψυχα σώματα τῆς ἕξεως μόνον, τὰ φυτὰ δὲ ἤδη καὶ σώματος, τὰ ζῷα δὲ ψυχῆς, ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ λογικῆς ψυχῆς. Petavius ad vocem σώματος mendosam sibi lectionem videri annotavit, sine dubio quod, si res inanimae σώματα vocentur, Julianum intellexit dicere non posse plantas illis eo praestare quod σῶμα habent. neque tamen σώματος tentandum est, ne gradatio illa quam in ἕξεως, σώματος, ψυχῆς, λογικῆς ψυχῆς animadvertimus tollatur, sed nihil aliud relinqui videtur nisi ut σώματα a Juliano abiudicemus, quae vox vel eo suspecta est quod nullo alio loco Julianus res inanimas σώματα dicit.

Or. VI. p. 187 B. ἔστι μὲν γάρ τι καὶ ἐν ἐκείνοις οὐκ ἄχρηστον, ὁ Κυνισμὸς δέ ἐστιν ἕτερον, ὡς αὐτίκα μάλα δεῖξαι πειράσομαι· δεῦρο ἴδωμεν ἐφεξῆς ἀπὸ τῶν ἔργων, ὥσπερ αἱ ἐξιχνεύουσαι κύνες μεταθέουσι τὰ θηρία. ἡγεμόνα μὲν (οὖν) οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ἐφ' ὃν ἀνενέγκαι χρὴ πρῶτον αὐτὸ κτέ. αὐτὸν pro αὐτὸ scribendum est, quia illud pronomen non potest nisi ad Κυνισμὸς referri.

Or. VII. p. 210 B. τί οὖν ἔτι ἕτερον ζητεῖς ὑπὲρ τῆς ἀπονοίας τῶν λῃστῶν μάρτυρα; πλὴν εἰ μὴ καὶ ἀνδρειοτέρους ἂν εἴποι τις τῶν τοιούτων κυνῶν ἐκείνους τοὺς λῃστάς, ἰταμωτέρους δὲ τῶν λῃστῶν ἐκείνων τοὺς κύνας τουτουσί. οἱ μὲν γὰρ . . . . τὰς ἐρημίας προβάλλονται, οἱ *δ' ἀναπατοῦσιν ἐν τῷ μέσῳ τὰ κοινὰ νόμιμα συγχέοντες οὐχὶ τῷ κρείττονα καὶ καθαρωτέραν, ἀλλὰ τῷ χείρονα καὶ βδελυρωτέραν εἰσάγειν πολιτείαν. αἰδημονέστεροι νῦν οἱ πολλοὶ τούτων γεγόνασιν ἱκανῶς, ἴσως τινὲς αὐτῶν ἰταμευσάμενοι τὰ πρῶτα. ἂν aute εἴποι codicibus traditum nescio an in μὲν mutari quam deleri praestet. verba αἰδημονέστεροι — τὰ πρῶτα Hertlenius tanquam alienum additamentum uncis inclusit, sine dubio quod parum cum praecedentibus cohaerent, nam propter sententiam illa me iudice suspecta esse non possunt. neque enim repugnant iis quae antecedunt et perquam credibile est Julianum Cynicorum licentiam atque impudentiam, cum sectae eorum inimicissimus esset, coercuisse. num autem idem in aliam aetatem cadat nescimus. quidni igitur verba illa a Juliano addita iudicemus hoc sibi laudi ducenti quod nonnihil Cynicorum impudentiam represserit? id unum videndum est ut proximis apte annectantur, quod ut fiat, (εἰ καὶ) αἰδημονέστεροι scribendum esse arbitror.

Or. VII. p. 219 C. Ἡρακλῆς δὲ λέγεται παιδίον γενέσθαι καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὸ σῶμα τὸ θεῖον ἐπιδοῦναι, καὶ φοιτῆσαι διδασκάλοις ἱστόρηται, καὶ στρατεύσασθαι λέγεται καὶ κρατῆσαι. πάντων κτέ. ἱστορεῖται pro ἱστόρηται praesenti λέγεται flagitatur.

Or. VII. p. 219 C. ὅτε γὰρ ἐν τοῖς σπαργάνοις ἀποπνίγων τοὺς δράκοντας καὶ πρὸς αὐτὰ παρατάττομενος τὰ τῆς φύσεως στοιχεῖα, θάλπη καὶ κρυμούς, εἶτα τοῖς ἀπορωτάτοις καὶ ἀμαχωτάτοις, ἐνδείᾳ λέγω τροφῆς καὶ ἐρημίᾳ, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ πορείαν οἶμαι τοῦ πελάγους ἐπὶ τῆς χρυσῆς κύλικος, ἣν ἐγὼ νομίζω μὰ τοὺς θεοὺς οὐ κύλικα εἶναι κτέ. Reiskius nonnulla hic aut corrupta aut mutila esse annotavit. at vix mutatione verborum locus sanetur, sed post ἐρημίᾳ plura excidisse suspicor, nam ibi quicunque locum leget haesitabit.

Or. VII. p. 222 A. τούτῳ κίνδυνος ἐπὶ πολλὰ ῥυῆναι τὴν ζωήν, ῥυεῖσαν δὲ διεσπάσθαι καὶ διασπασθεῖσαν οἴχεσθαι. perfectum διεσπάσθαι Hertlenium miror intentatum reliquisse, pro

quo non διασπασθῆναι aoristo ῥυῆναι deductus, sed leniore mutatione usus διασπᾶσθαι scribam. nam ne aliis locis quidem Julianus talem temporum infinitivi mutationem respuit, cuius usus in prima oratione septem exempla inveni (p. 2 C, 19 C, 21 A, 26 A, 31 D, 42 C, 45 D). οἴχεσθαι autem non magis pro aoristo quam pro praesenti facit.

Or. VII. p. 225 C. τὴν σύντομον, φασὶν (sc. Cynici), ὁδὸν καὶ σύντονον ἐπὶ τὴν ἀρετὴν (. . . . .). ὄφελον καὶ ὑμεῖς τὴν μακρὰν ἐπορεύεσθε . . . . . · οὐκ ἴστε ὅτι μεγάλας ἔχουσιν αἱ σύντομοι τὰς χαλεπότητας; ὥσπερ ἐν ταῖς λεωφόροις ὁ μὲν τὴν σύντομον ἐλθεῖν δυνηθεὶς ῥᾷον ἐκπερίεισι τὴν κύκλῳ, οὐκέτι μέντοι τὸ ἀνάπαλιν ὁ κύκλῳ πορευθεὶς ἔλθοι ἂν πάντως καὶ τὴν ἐπίτομον, οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ τέλος τέ ἐστι καὶ ἀρχὴ μία γνῶναί τε ἑαυτὸν καὶ ἀφομοιωθῆναι τοῖς θεοῖς. ἰτέον post ἀρετὴν quam πορευόμεθα addere malim, quia quinque literarum vacuum spatium in V codice punctis indicatum habemus. num autem Hertlenius eiusdem codicis auctoritate nisus lacunam ante ὥσπερ ἐν ταῖς λεωφόροις notantis recte (καὶ) ὥσπερ scripserit, diiudicare nunc non ausim. melius mihi fortasse emendandi negotium in sequentibus verbis cedet. verba ὥσπερ-ἐπίτομον tam aliena sunt ab apodosis sententia, ut non dubitem comparationem librarii neglegentia depravatam eo in integrum restituere quod οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ, (ᾗ) τέλος e. q. s. scribo.

Or. VII. p. 227 B. ἀλλ' ἵνα μή σε τὴν σύντομον ὁδεύοντα βίβλοις ἐμβαλὼν μακραῖς καὶ δυσελίκτοις ἐπίσχω μικρὰ καὶ πεδήσω κτέ. quo saepius locum legi, eo magis mihi μικρὰ sanum non esse persuasi. non paulum enim, sed diu remorari eum apparet qui rudem atque illiteratum hominem magnos cogat libros legere. quam maculam ita abstergeo, ut μακρὰ pro μικρὰ reponam.

Or. VII. p. 227 C. τούτων δὲ αὐτῷ πολλὰ μὲν ὁ πατὴρ ἀπελελοίπει, πολλαπλάσια δὲ αὐτὸς ἐκτήσατο πλουτεῖν θέλων ἐν δίκῃ τε καὶ παρὰ δίκην · ἔμελε γὰρ αὐτῷ καὶ τῶν θεῶν ὀλίγον. καὶ aute τῶν θεῶν traditum, quocumque modo irrepsit, delendum est.

Or. VII. p. 229 A. ἀλλ', ἔφη, καλῶμεν τὰς Μοίρας..... τῶν Μοιρων δὲ ἡ πρεσβυτάτη · κωλύετον, ἔφη, ὦ πάτερ, ἡ Ὁσιότης ξὺν τῇ Δίκῃ..... ἀλλ' ἐμαὶ γάρ εἰσιν, ἔφη, θυγατέρες καὶ ἄξιον δὴ ἐρέσθαι αὐτάς · τί οὖν, ὦ ποτνία, φατόν;..... σκόπει δὲ ὅπως ἐν ἀνθρώποις ὁ πονηρὸς οὑτοσὶ τῆς ἀνοσιουργίας ζῆλος μὴ παντάπασιν ἐπικρατήσῃ. πρὸς ἀμφότερα, εἶπεν, ἐγὼ σκέψομαι. καὶ αἱ Μοῖραι πλησίον παροῦσαι πάντα ἐπέκλωθον, ὡς ὁ πατὴρ ἐβούλετο. magis magisque huius fabulae lectione haec confirmata suspicio est in παροῦσαι vitium latere. otiosa enim verba πλησίον παροῦσαι sunt, si ab initio Parcae prope Jovem adfuerunt. nonne igitur potius παριοῦσαι pro παροῦσαι scribendum est?

Or. VII. p. 230 C. Δεῦρο, εἶπεν, ἡγεμὼν σοι ἐγὼ ἔσομαι λείας καὶ ὁμαλεστέρας ὁδοῦ τουτὶ τὸ μικρὸν ὑπερβάντι τὸ σκολιὸν καὶ ἀπότομον χωρίον; aut prorsus aequa ac plana haec via aut altera aequior fuit. ego λειοτέρας pro λείας substituam, nam non raro a librariis compendium suffixi comparativi neglectum esse scio.

Or. VIII. p. 243 C. τίς δὲ ἡμῖν συμβουλεύσει..... τὸ πικρὸν ἀφελὼν τῶν λόγων, ὥσπερ οἱ τῶν φαρμάκων ἀφαιροῦντες μὲν τὸ λίαν δυσχερὲς, ἀπολείποντες δὲ αὐτὸ τὸ χρήσιμον; αὐτοῖς τὸ χρήσιμον scripserim, quia αὐτὸ sententiae non prorsus aptum videtur.

Or. VIII. p. 250 B. τί δὲ δεῖ πράγματα ἔχειν αὐτὸν ἐπιζητοῦντα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν Ὀδυσσέα φησὶν ὁ ποιητὴς θεοφιλῆ, αὐτοῦ γε ἐξὸν ἀκούειν; .... δῆλον οὖν ὡς, εἴπερ ἡμῖν ταῦτα προσγένοιτο, τὸ κρεῖττον οὐκ ἐλλείψει τὰ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν δοθέντα πάλαι ποτὲ Λακεδαιμονίοις χρησμὸν καλούμενός τε καὶ ἄκλητος ὁ θεὸς παρέσται. αὐτὸν ipsi Hertlenio suspectum visum est. neque tamen ille traditam lectionem mutare ausus est, sed ad p. 158 A haec verba provocavit: ἦν μὲν οὖν ἴσως μάταιον, εἰ διδασκαλίας χάριν ἐποιούμην τοὺς λόγους, αὐτοῦ μετ' ἐκεῖνόν τι συγγράφειν. quanquam ibi αὐτὸν pro αὐτοῦ vulgato non codices praebent, sed Hertlenius, cum αὐτῷ libri exhibeant, coniecit, quae emendatio vel eo probari nequit quod subiectum infinitivi quod dicunt omnino omitti quam αὐτὸν poni

praestat. sic alter locus tam suspectus manet, ut ibi τί δέ (με) δεῖ legi velim.

In verbis ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν δοθέντα e. q. s. καὶ, quod explicari non possit, sed sententiam turbet, deleverim.

Or. VIII. p. 251 C. ἐνταῦθα ὑπέρχεταί μοι καὶ τὸ θρυλούμενον ὡς οὐκ εἰς Ἰλλυριοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς Θρᾷκας ἀφίξῃ. non recte Hertlenius ex M codice εἰς aute Θρᾷκας addidit, quod a V abest, sed interpolatam ille, genuinam hic liber praebere lectionem videtur. similiter enim praepositio non modo aliis Juliani locis (cf. exempli gratia p. 187 D, 298 D), sed apud ipsos scriptores Atticos saepius omissa est. cf. Westermann. ad Dem. de cor. 176.

Ad Them. p. 253 B. . . . . καὶ τοῖς φίλοις ὑμῖν προσᾴδειν ἠξίουν, ὥσπερ οἱ τὰ βαρέα φορτία φέροντες ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπικουφίζουσιν αὐτοῖς τὴν ταλαιπωρίαν. qua ratione ii qui gravia onera portant laborem sibi sublevent cum non dicatur, pro ἐν ταῖς ὁδοῖς Reiskius ἐν ταῖς ᾠδαῖς scripsit. sed ut articulus aute ᾠδαῖς positus displicet, ita omnino non est quod ὁδοῖς suspectum esse iudicemus. ego Reiskii coniecturam sic corrigo, ut ἐν ταῖς ὁδοῖς (ᾠδαῖς) scribam.

Ad Them. p. 258 A. εἶτα ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν καλῶν πράξεων καὶ βασιλέα θεὸν ὑπογράφων . . . . φησί (sc. Plato). loco verbi θεὸν Hertlenius θεῖον scriptum fuisse coniecit, quasi, ne articulum ante θεῖον vitiose deesse dicam, a Platone exponeretur, quibus virtutibus divinum regem ornatum esse oporteret. quanquam nihil ille nisi hoc docet regibus divinam naturam necessariam esse. neque aliter Platonis verba Julianus intellexit, qui bis eorum summam repetivit. nam scribit p. 259 A ἀκούεις ὅτι, κἂν ἄνθρωπός τις ᾖ τῇ φύσει, θεῖον εἶναι χρὴ τῇ προαιρέσει καὶ δαίμονα et 260 C μεῖζον ἔμοιγε φαίνεται τὸ βασιλεύειν ἢ κατ' ἄνθρωπον καὶ φύσεως δεῖσθαι δαιμονιωτέρας βασιλεὺς, ὥσπερ οὖν καὶ Πλάτων ἔλεγε. quae cum ita sint, θεὸν nunc expungi malim, quod a lectore aliquo ad verba ὁποῖον - βασιλέα ex requentibus additum videatur.

Ad Them. p. 258 C. λέγει δὴ καὶ νῦν οὗτος ὁ λόγος ἀληθείᾳ χρώμενος, ὅσων πόλεων μὴ θεὸς, ἀλλά τις ἄρχει θνητὸς,

οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς οὐδὲ πόνων ἀνάψυξις. quanquam non accurate Platonis verba omnia exscripta sunt, ὡς quod ante ὅσων illius libri exhibent tam necessarium est, ut non a Juliano, sed ab eius librariis id confidam omissum esse, cum praesertim corruptelae causa manifestissima sit.

Ad. Them. p. 262 B. ἀλλ' ὅστις . . . . . τίθησι τοὺς νόμους . . . . τὴν τῆς πολιτείας φύσιν καταμαθὼν καὶ τὸ δίκαιον ὅ ἐστι τῇ φύσει καὶ ποταπόν ἐστι τἀδίκημα τεθεαμένος τῇ φύσει, εἶθ' ὅσα δυνατόν ἐστιν ἐκεῖθεν ἐνταῦθα μεταφέρων κτέ. alterum τῇ φύσει non necessarium atque adeo molestum esset, si ante τεθεαμένος traditum ad verba ποταπόν ἐστι τἀδίκημα pertineret. post τεθεαμένος vero collocata verba illa tantopere corruptelae suspicionem augent, ut turpem mihi maculam eluere videar, cum ea uncis includo.

Ad Them. p. 263 C. ἔφησθα ὅτι τὸν ἐν τῇ πράξει παρὰ τὸν φιλόσοφον ἐπαινεῖς βίον καὶ τὸν Ἀριστοτέλη τὸν σοφὸν ἐκάλεις μάρτυρα τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τῷ πράττειν εὖ τιθέμενον καὶ τὴν διαφορὰν σκοποῦντα τοῦ τε πολιτικοῦ βίου καὶ τῆς ἐν τῇ θεωρίᾳ ζωῆς διαπορεῖν ἄττα περὶ αὐτῶν καὶ τὴν μὲν θεωρίαν ἐν ἄλλοις προτιμᾶν, ἐπαινεῖν δὲ ἐνταῦθα τοὺς τῶν καλῶν πράξεων ἀρχιτέκτονας. vitio sine dubio haec verba laborant, nam unde infinitivi διαπορεῖν, προτιμᾶν, ἐπαινεῖν suspensi sint ego non video. genuina fortasse Juliani verba habebimus, si καὶ (γὰρ) τὴν διαφορὰν scripserimus. fortasse enim a Graeculo aliquo, qui ita participia τιθέμενον et σκοποῦντα inter se cohaerere opinatas est, ut καὶ particula ei iungenda viderentur, γὰρ eiectum est.

Ad S. P. Q. Athen. p. 270 C. οὕτω δὲ πλησίον ἡμᾶς ὄντας συγγενεῖς ὁ φιλανθρωπότατος οὗτος βασιλεὺς οἷα εἰργάσατο ἓξ μὲν ἀνεψιοὺς ἐμοῦ τε καὶ ἑαυτοῦ, πατέρα δὲ ἐμόν, ἑαυτοῦ δὲ θεῖον . . . . κτείνας κτέ. Hertlenius πατέρα δὲ (τὸν) ἐμὸν emendavit huius orationis p. 273 B conferens, ubi haec scripta legimus: ὅσων εἰκὸς ἦν πατέρα κεκτῆσθαι τὸν ἐμόν. sed ut hic locus nihil comprobat nisi alterum corruptum esse, ita facilius ἐμοῦ pro ἐμὸν scribamus, praesertim cum aptissime in hac χιασμοῦ quem grammatici dicunt structura ἐμοῦ genetivo ἑαυτοῦ opponatur.

Ad S. P. Q. Athen. p. 280 A. ἑξακοσίων νεῶν ἀνήγαγον στόλον, ὧν τὰς τετρακοσίας ἐν οὐδὲ ὅλοις μησὶ δέκα ναυπηγησάμενος πάσας εἰσήγαγον εἰς τὸν Ῥῆνον, ἔργον οὐ μικρὸν διὰ τοὺς ἐπικειμένους καὶ παροικοῦντας πλησίον βαρβάρους. non ea ratio inter τὸ ἐπικεῖσθαι et παροικεῖν intercedit, ut ἐπικειμένους καὶ παροικοῦντας ferri possit, sed καὶ ut aliorum scriptorum multis locis hic inepte additum est.

Ad S. P. Q. Athen. p. 283 D. γράψαι με ἔπεισαν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ἐβιάσαντο. πείθεται μὲν γὰρ ἐκεῖνος, ᾧπερ ἔξεστι καὶ μὴ πεισθῆναι, βιάζεσθαι δὲ οἷς ἂν ἐξῇ, τοῦ πείθειν οὐδὲν προσδέονται · οὐκοῦν οὐδὲ οἱ βιασθέντες τῶν πεπεισμένων εἰσὶν, ἀλλὰ τῶν ἀναγκασθέντων. ἐσκοποῦμεν ἐνταῦθα, ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς χρὴ βαδίζειν διττῆς οὔσης. non modo non necessaria sunt, sed incommode prorsus ea quae de discrimine vocabulorum πείθειν et βιάζειν a πείθεται usque ad ἀναγκασθέντων scripta legimus simplici narrationi rerum a Juliano gestarum per totam epistulam institutae inserta videntur. accedit quod Julianus paulo maiorem diligentiam in hoc opusculo conficiendo adhibuit quam in multis aliis scriptis, ut tam molestas a re proposita digressiones eum admisisse negem. augetur denique interpolationis suspicio verbis οὐκοῦν - ἀναγκασθέντων, quorum sententia ea est, ut vix Juliano tribui posse videatur.

Fragm. p. 291 D. ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ . . . πᾶς ἐστι συγγενὴς, εἴτε [γὰρ], καθάπερ λέγεται παρά τινων, ἐξ ἑνός τε καὶ μιᾶς γεγόναμεν πάντες εἴθ' ὁπωσοῦν ἄλλως, ἀθρόως ὑποστησάντων ἡμᾶς τῶν θεῶν ἅμα τῷ κόσμῳ τῷ ἐξ ἀρχῆς, οὐχ ἕνα καὶ μίαν, ἀλλὰ πολλοὺς ἅμα καὶ πολλάς. οἱ γὰρ ἕνα καὶ μίαν δυνηθέντες οἷοί τε ἦσαν ἅμα πολλοὺς καὶ πολλάς. . . . . . . εἴς τε τὸ διάφορον ἀποβλέψαντα τῶν ἠθῶν καὶ τῶν νόμων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον . . . εἰς τὴν τῶν θεῶν φήμην . . . . . ὡς, ὅτε Ζεὺς ἐκόσμει τὰ πάντα, σταγόνων αἵματος ἱεροῦ πεσουσῶν, ἐξ ὧν που τὸ τῶν ἀνθρώπων βλαστήσειε γένος. καὶ οὕτως οὖν συγγενεῖς γινόμεθα πάντες, εἰ μὲν ἐξ ἑνὸς καὶ μιᾶς, ἐκ δυοῖν ἀνθρώποιν ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ πολλαὶ, καθάπερ οἱ θεοί φασι καὶ χρὴ πιστεύειν ἐπιμαρτυρούντων τῶν ἔργων, ἐκ τῶν θεῶν πάντες γεγονότες. verba εἴς τε τὸ διάφορον e. q. s. Petavio mutila esse visa sunt satisque manifestum est post βλαστήσειε γένος plura interci-

disse, quae ipsa quidem restitui non possunt, qualis tamen sententia fuerit, suspicari licet. fuit enim haec: ad morum legumque diversitatem quodque maioris momenti est ad ipsum deorum testimonium respicientes concedere nos necesse est multos homines cum mundi origine a diis creatos esse. plus de verbis καὶ οὕτως-γεγονότες affirmare audeo. Julianus igitur, quanquam multos homines principio a diis fictos esse antea exposuit, tamen affinitate nos inter ipsos iunctos esse illis verbis contendit. quia vero ab uno homine omnes oriundos esse negavit, Petavius verba εἰ μὲν ἐξ ἑνὸς καὶ μιᾶς, ἐκ δυοῖν ἀνθρώποιν ὄντες tanquam spuria uncis inclusit. sed neque additamenti causa fingi potest neque εἰ μὲν cum specie probabilitatis interpolatori tribuatur. idem fortasse Hertlenius sensit, cum εἰ δὲ ante καθάπερ inseruit. attamen ne sic quidem Juliani verba restituta esse arbitror. neque enim, si quae antea disputata sunt respiciamus, credibile est eum verbis καὶ οὕτως οὖν συγγενεῖς e. q. s. in suspenso reliquisse, utrum ex uno homine omnes oriundi an multi initio a diis creati essent. quare εἰ traditum, quod ipsum participium suspectum reddat, nunc quidem mihi mutandum videtur ac sensus certe optimus evadet, si pro εἰ μὲν οὐ μὲν scripserimus et ἀλλὰ post πολλαὶ inseruerimus. similiter εἰ et οὐ, ne ex aliis scriptoribus exempla afferam[1]), apud ipsum Julianum p. 201 C inter se permixta sunt.

Fragm. p. 293 C. ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν βασιλέων θεραπεύοντες εἰκόνας οὐδὲν δεομένων ὅμως ἐφέλκονται τὴν εὔνοιαν εἰς ἑαυτοὺς, οὕτω καὶ οἱ θεῶν θεραπεύοντες τὰ ἀγάλματα δεομένων οὐδὲν τῶν θεῶν ὅμως πείθουσιν αὐτοὺς ἐπαμύνειν σφίσι. οἱ τῶν βασιλέων θεραπεύοντες (τὰς) εἰκόνας scribo, praesertim cum οἱ θεῶν θεραπεύοντες τὰ ἀγάλματα sequatur.

Fragm. p. 302 C. ἐπεὶ δὲ οὐχ ἱερεῦσιν ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἱερεῖ προσήκει μόνον. ὃ δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς λειτουργίας ἐπιτηδευτέον. sic Petavi mendosum locum esse indicantis sententiam corrigo, ut hiare periodum eo dicam quod et protasis et apodosis nonnulla verba a librario oscitante post

[1]) cf. Bast. in Gregor. Cor. ed. Schaefer p. 760.

ἀλλὰ καὶ ὡς omissa sunt. qualis vero sententia fuerit, affirmare non ausim.

Fragm. p. 304 D. Ἦν μὲν . . . . εἰρῆσθαι καλὸν ὅθεν καὶ ὅπως χρὴ τοὺς ἱερέας ἀποδεικνύειν . . . . . ἐγὼ φημι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι βελτίστους καὶ μάλιστα μὲν φιλοθεωτάτους, ἔπειτα φιλανθρωποτάτους, ἐάν τε πένητες ὦσιν ἐάν τε πλούσιοι · διάκρισις ἔστω πρὸς τοῦτο μηδ' ἡτισοῦν ἀφανοῦς καὶ ἐπιφανοῦς · ὁ γὰρ διὰ πρᾳότητα λεληθὼς οὐ διὰ τὴν τοῦ ἀξιώματος ἀφάνειαν δίκαιός ἐστι κωλύεσθαι. Julianus optimos sacerdotes faciendos neque generis rationem habendam esse censet. cuius rei causam, si libros audiamus, hanc addit iniustum esse eum qui animi mansuetudine latuerit propter generis obscuritatem sacerdotio prohiberi. at quid hac sententia cogitari absurdius potest? nam innotuisse eum manifestum est qui sacerdotium virtutibus meruerit. quare, ut sententia corrigatur, ὁ γὰρ διὰ πρᾳότητα (μὴ) λεληθὼς scribo.

Fragm. p. 305 B. δεῖγμα δὲ τοῦ φιλοθέου μέν, εἰ τοὺς οἰκείους ἅπαντας εἰς τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν εἰσαγάγοι, τοῦ φιλανθρώπου δέ, εἰ καὶ ἐξ ὀλίγων εὐκόλως κοινωνεῖ τοῖς δεομένοις καὶ μεταδίδωσι προθύμως εὖ ποιεῖν ἐπιχειρῶν ὅσους ἂν οἷός τε ᾖ. προσεκτέον γὰρ μάλιστα τῷ μέρει τούτῳ καὶ τὴν ἰατρείαν ὅθεν ποιητέον. εἰσαγάγοι suspectum est, nam neque optativus neque aoristus loco accommodatus est, sed εἰσάγει unusquisque propter κοινωνεῖ et μεταδίδωσι exspectat. fortasse vitium ex falsa literarum αγ geminatione ortum est.

In sequenti enuntiato nondum probabiliter, ut mihi videtur, ὅθεν emendatum est. Wyttenbachius (cf. Jul. Imp. in Const. laud. orat. ed. Schaefer p. 246) igitur pro ὅθεν ἔνθεν proposuit, Hertlenius, cum non recte hic ἔνθεν usurpatum esse intellegeret, ἐντεῦθεν substituit. sed neque facilitate haec coniectura commendatur et satis difficili interpretatione, ut ἐντεῦθεν explicetur, opus est. neque omnino literarum mutatione ὅθεν cum probabilitate emendari posse, sed indicari potius pronomine relativo videtur ἂν ᾖ vel simile aliquid ante ποιητέον excidisse.

Caes. p. 310 A. ἀλλά σε, εἶπεν, ἕλξει τῶν ὤτων · λέγεται γὰρ αὐτὸς καὶ γραμματιστήν τινα τοῦτο ἐργάσασθαι. optimi codices

V et Aug αὖ pro αὐτὸς habent, quod patet ferri non posse. sed ne αὐτὸς quidem probo, quod deteriores codices praebent, quia non solum supervacaneum est, sed sententiam corrumpit. ego non prius locum emendatum iudicabo quam et αὖ et αὐτὸς expunctum erit.

Caes. p. 310 A. ταῦτα ἔτι παιζόντων αὐτῶν ἐπεισέρχεται θηρίον πονηρόν. εἶτα οἱ θεοὶ πάντες ἀπέστρεψαν τὰ ὄμματα, κᾆτα αὐτὸν δίδωσιν ἡ Δίκη ταῖς Ποιναῖς. αὐτὸ pro αὐτὸν scribi necesse est, quia hoc pronomen non potest nisi ad θηρίον referri.

Misop. p. 344 C. . . . . ὑμεῖς τῶν θεῶν ἕνεκεν ὀλιγάκις εἰς τὰ τεμένη συνέρχεσθε, συνδραμόντες δὲ δι' ἐμὲ πολλῆς ἀκοσμίας ἀναπίμπλατε τὰ ἱερά . . . . . τὰς δὲ δὴ Τρῳάδας οὔτι πρὸς τὸν Πρίαμον ἤ τινα τῶν τούτου [γαμετῶν ἢ] θυγατέρων ἢ υἱέων, οὐ μὴν οὐδ' αὐτὸν τὸν Ἕκτορα · καίτοι τούτῳ φησὶν (sc. Homerus) ὡς θεῷ τοὺς Τρῶας εὔχεσθαι · εὐχομένας δὲ οὐκ ἔδειξεν ἐν τῇ ποιήσει οὔτε γυναῖκας οὔτε ἄνδρας, ἀλλὰ τῇ Ἀθηνᾷ ὀλολυγῇ πᾶσαι, φησί, χεῖρας ἀνέσχον, βαρβαρικὸν μὲν τοῦτο καὶ γυναιξὶ πρέπον, οὐ μὴν ἀνόσιον πρὸς τοὺς θεοὺς ὥσπερ τὸ παρ' ὑμῶν ποιούμενον. ἐπαινεῖτε γὰρ ἀντὶ τῶν θεῶν τοὺς ἀνθρώπους. μᾶλλον δὲ ἀντὶ τῶν θεῶν τοὺς ἀνθρώπους ἡμᾶς κολακεύετε. verba οὔτε γυναῖκας οὔτε ἄνδρας nescio an alienum additamentum sint. ut enim propter praecedens τὰς Τρῳάδας suspecta sunt, ita Homerus eo Iliadis loco quem hic Julianus respicit (Z 301) mulieres solas supplicantes facit. accedit quod, si illa verba genuina essent, ad mulieres significandas πᾶσαι non sufficeret. tum e verbis καὶ γυναιξὶ τοῦτο πρέπον Antiochenses cum Troadibus solis comparari elucet. maiore denique ignominia illi eo notantur quod vel mulierum mores Julianus potiores esse dicit.

In sequenti enuntiato tam moleste verba ἀντὶ τῶν θεῶν τοὺς ἀνθρώπους bis repetita sunt, ut priore loco ea genuina esse negem.

Misop. p. 350 B. σὺ δὲ σῖτον ἄφθονον παρέχων οἴει τρέφειν αὐτοὺς ἱκανῶς. ἐκεῖνο δέ σου χαρίεν, ὅτι οὐδὲ ὅπως ἰχθὺς ἐν τῇ πόλει πετραῖος ἔσται σκοπεῖς · ἀλλὰ καὶ πρῴην μεμφομένου τινὸς . . . . . τωθαστικὸν μάλα ἐγέλασας κτέ. enumerare hic Julianus pergit, quae ipsi ab Antiochensibus opprobio vertantur. qui

nostro loco concedunt Julianum satis frumenti apparare, sed conqueruntur, quod, ut pisces aliaeque res exquisitiores in foro venalia proponantur, nullam omnino curam suscipiat. secundum codices vero cum propter hanc ipsam rem non reprehendi, sed laudari Julianus verbis ἐκεῖνο δέ σου χαρίεν e. q. s. videatur, facere non possum quin vitio locum laborare dicam, quod nescio an facillime tollamus sic verba emendantes: ἐκεῖνο δέ σου (οὐ) χαρίεν.

Misop. p. 364 B. ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν βλασφημιῶν, ἃς ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ κατεχέατέ μου παίζοντες ἐν τοῖς ἀναπαίστοις, ἐμαυτοῦ προσκατηγορήσας ὑμῖν ἐπιτρέπω χρῆσθαι μετὰ μείζονος αὐτῷ παῤῥησίας. αὐτῷ dativum Hertlenius verbis τῷ βλασφημίας μου καταχεῖν explicavit. sed haec interpretatio, quia non ὑπὲρ τοῦ βλασφημίας καταχεῖν, sed ὑπὲρ τῶν βλασφημιῶν praecedit, probari nequit. quare ad scripturae ego mutationem confugio et αὐτοῖς (sc. τοῖς ἀναπαίστοις) pro αὐτῷ substituo.

Epist. XXIIII. p. 393 D. οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα τῶν σύκων ὁμοῦ καὶ κατὰ ταὐτὸν ἔῤῥιπται οὐδὲ . . . . χύδην ἡλίῳ τερσαίνεται, ἀλλὰ . . . . . αὐτὰ ταῖς χερσὶν ἀποδρέπουσιν, ἔπειτα . . . . ἀπαρτῶσιν κτέ. perfectum ἔῤῥιπται propter praesentia τερσαίνεται, ἀποδρέπουσιν, ἀπαρτῶσιν suspectum est. fortasse eius loco συῤῥίπτεται scriptum fuit.

Epist. XXVIIII. p. 403 C. ἧκε πρὸς τὸν φίλον, ὅς σε τότε καίπερ οὔπω γινώσκειν ὅσος εἶ δυνάμενος ὅμως περιεῖπον. nonne Julianus οἷος εἶ scripsit?

Epist. XXXXII. p. 422 B. . . . . πῶς οὐ τοῦτο ἐκεῖνο καπήλων ἐστὶν, οὔτι χρηστῶν, ἀλλὰ παμπονήρων ἀνθρώπων, οἳ μάλιστα παιδεύουσιν ὅσα μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν. molestius μάλιστα duobus tantummodo verbis interpositis repetitum est, ut prius delendum esse censeam, praesertim cum minime id sententia flagitetur.

Epist. XXXXVIIII. p. 431 A. . . . καὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς ταῖς τοιαύταις εὐποιίαις προσέθιζε διδάσκων αὐτοὺς ὡς τοῦτο πάλαι ἦν ἡμέτερον ἔργον. Ὅμηρος γοῦν αὐτὸ πεποίηκεν Εὔμαιον λέγοντα·

ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἐστὶ κτέ.

τοῦτο πεποίηκε pro αὐτὸ πεποίηκε repono.

Epist. LII. p. 438 A. ὁρᾶτε ὅπως τὴν ὑμετέραν εὐταξίαν οὐκ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας εἶναί φησι γνώμης, οἵ γε ἄκοντες, ὥς γε εἶπε, κατέχεσθε διὰ τὰς αὐτοῦ παραινέσεις. ὡς οὖν κατήγορον ὑμῶν ἑκόντες τῆς πόλεως διώξατε, τὰ πλήθη δὲ ὁμονοεῖτε πρὸς ἀλλήλους. Titus episcopus literis Bostrenorum civitatem incusaverat, quod, nisi ipse eam retinuisset, tumultum concitatura fuisset. quod Julianus Bostrenis rescribit eosque, si codices audiamus, ἑκόντας a Tito falsae accusationis poenas expetere iubet. sed quomodo is qui ab alio impellitur ἑκὼν dici potest? ego pro ἑκόντες, quod utique corrigendum sit, ἑλόντες scriptum fuisse suspicor.

Epist. LXVI. p. 136 Heyl. πυνθάνομαι γὰρ εἶναί σε πανοῦργον καὶ κακὸν στρατιώτην καὶ ἀλαζόνα, ὡς τὰ παρόντα μοι πράγματα δείκνυσιν. ὡς (καὶ) τὰ παρόντα emendo. recte iam Heylerus sic locum interpretatus est 'ut res ipsa fidem facit.'

C. Christ. p. 43 A. ὁμολογήσαντες μὲν οὐδὲν τῶν καλῶν οὐδὲ τῶν σπουδαίων οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν τοῖς Ἕλλησιν οὔτε τῶν παρὰ τοῖς ἀπὸ Μωυσέως Ἑβραίοις, ἀπ' ἀμφοῖν δὲ τὰς παραπεπηγυίας (τούτοις) τοῖς ἔθνεσιν ὥσπερ τινὰς Κῆρας δρεπόμενοι . . . . . τοῦτο τὴν ἀρίστην θεοσέβειαν ἠθέλησαν ὀνομάζεσθαι. παρὰ τοῖς ἀπὸ Μωυσέως Ἑβραίοις scriptum legimus, quasi inter Hebraeos fuerint qui alium religionis conditorem atque Moysem colerent. accedit quod Julianus eosdem antea simpliciter Ἑβραίους (p. 42 D) et Ἰουδαίους (p. 43 A) nominavit. quae cum ita sint, Ἑβραίοις mihi expungendum videtur, quod glossema esse possit ad verba παρὰ τοῖς ἀπὸ Μωυσέως explicanda additum. neque quisquam Oecolampadium, qui 'neque ex his quae Hebraei a Mose habent' vertat, in codice suo alia atque tradita verba habuisse opinetur, sed ille aut non accurate codicis verba reddidit aut sententiam, quae displiceret, ipse mutavit.

C. Christ. p. 44 B. μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς ἔγημε μὲν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἔγημεν . . . . .. ἀλλὰ μιχθεὶς ἁπλῶς ἄλλῳ παραδέδωκεν αὐτήν. παρέδωκεν aoristis ἐμίχθη et ἔγημε postulari videtur.

C. Christ. p. 49 D. Ἐν δὴ τούτοις οὔτε τὴν ἄβυσσον πεποιῆσθαί φησιν (sc. Moyses) ὑπὸ τοῦ θεοῦ οὔτε τὸ σκότος οὔτε τὸ ὕδωρ. καίτοι χρῆν δήπουθεν εἰπόντα περὶ τοῦ φωτὸς ὅτι προστάξαντος θεοῦ γέγονεν εἰπεῖν ἔτι καὶ περὶ τῆς νυκτὸς καὶ περὶ τῆς ἀβύσσου καὶ περὶ τοῦ ὕδατος. ὁ δὲ οὐδὲν εἶπεν ὡς περὶ γεγονότων ὅλως καίτοι πολλάκις ἐπιμνησθεὶς αὐτῶν. extrema verba certo vitio maculata sunt. neque enim Neumanni hanc quisquam interpretationem probet: 'Er schweigt aber davon, obwohl er häufig diese Dinge erwähnt, und redet von ihnen wie von Sachen, die einmal da sind', nam neque γεγονότων neque ὅλως sic recte explicatur. nonne potius ὡς περὶ (οὐ) γεγονότων ὅλως scribendum est?

C. Christ. p. 65 C. σκόπει οὖν ὅτι καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις καλῶς. haec verba Neumannus intacta reliquit, sed non recte eum fecisse ex hac interpretatione perspiciatur: 'Gieb nun Acht, ob es auch mit diesen Göttern seine Richtigkeit habe?' neque enim quae codicibus tradita sunt ille vertit, sed quasi Julianus σκόπει οὖν εἰ-καλῶς ἔχει scripsisset. ego ὅτι vocula in ἔτι mutata σκόπει οὖν ἔτι καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις καλῶς (i. e. ea quae apud Platonem sequuntur) scribo. eandem corruptelam apud Cyrillum p. 170 B corrigo, ubi haec leguntur: εἶτα, ὦ κράτιστε, τοὺς μὲν Σόλωνός τε καὶ Λυκούργου νόμους, προσθείην δ' ἂν ἔτι (ego: ὅτι Mv[1]) καὶ Δράκοντος, εἴ τις ἕλοιτο λύειν (v: λυπεῖν M), ἐνήσει πηλῷ πόδα.

C. Christ. p. 89 A. κεφάλαιον δὲ φρονήσεως ἀπηγόρευσεν ὁ θεὸς ἀνθρώπῳ γεύσασθαι, ἧς οὐδὲν ἂν εἴη τιμιώτερον ἀνθρώπῳ. iure Neumannus ἀνθρώπῳ tam moleste a Juliano repetitum esse negavit. nec tamen pro altero ἀνθρώπῳ cum eo αὐτῷ reponam, quia hoc pronomen haud necessarium, certe non apte in fine enuntiati positum est. fortasse ἀνθρώπῳ ex praecedenti versu huc illatum est, id quod facilius fieri potuit quam ut pronominis αὐτῷ loco, quod explicatione non eget, ἀνθρώπῳ interpretandi causa adscriptum irreperet.

---

[1]) v litera vulgatam lectionem significavi, reliqua sigla in Neumanni editione explicata habemus.

C. Christ. p. 135 B. ἐκεῖνο γὰρ οἶμαι σιωπᾶν πρὸς ἄνδρας ἀμαθεῖς, ὅτι . . . . . πύργον οἰκοδομεῖν οὐ δυνήσονται πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀφικνούμενον, κἂν ἐκπλινθεύσωσι τὴν γῆν πᾶσαν. Neumanni emendatio pro πόλιν et ἀφικνουμένην πύργον et ἀφικνούμενον scribentis non facilis quidem, sed tam necessaria est, ut recipere eam non dubitaverim. sed non recte, ut mihi videtur, de urbe ad coelum pertinente ἀφικνεῖσθαι usurpatum est, de eadem enim re Julianus p. 135 C et Cyrillus p. 136 A vocabulo ἐφικνεῖσθαι utuntur. praeterea vix Oecolampadius omnibus his locis in interpretatione pertingendi voce usus esset, nisi in codice idem verbum invenisset. ἐφικνούμενον igitur nostro loco scribi velim.

C. Christ. p. 137 E. εἴρηκεν ὁ Μωυσῆς τὴν μὲν αἰτίαν (sc. confusionis linguarum), ὅτι φοβηθεὶς μή τι κατ' αὐτοῦ πράξωσι προσβατὸν ἑαυτοῖς τὸν οὐρανὸν κατεργασάμενοι ὁμόγλωττοι ὄντες καὶ ὁμόφρονες ἀλλήλοις · τὸ δὲ πρᾶγμα ὅπως ἐποίησεν (. . . . .), ὅτι κατελθὼν ἐξ οὐρανοῦ - μὴ δυνάμενος ἄνωθεν αὐτὸ ποιεῖν, ὡς ἔοικεν, εἰ μὴ κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. si Julianus μὴ δυνάμενος ἄνωθεν αὐτὸ ποιεῖν scripsit, prorsus supervacanea verba εἰ μὴ κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς sunt. atqui iis hoc Cyrilli testimonium (p. 139 A) patrocinatur: λέγων (sc. Julianus) ὡς, εἰ μὴ κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδ' ἂν ἴσχυσε τεμεῖν εἰς πολυγλωσσίαν τοὺς τὸ τηνικάδε. sed ne ἄνωθεν quidem expungendum esse alia Cyrilli testimonia docent. nam scribit ille hunc locum respiciens p. 138 D: οἴεται γὰρ . . . . τὸν ἀκήρατον νοῦν . . . . οὐδ' ἂν ἰσχῦσαι διελεῖν εἰς πολυγλωσσίαν τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ καταβέβηκεν ἐν αὐτῇ τὰ ἄνω που τάχα μεθεὶς καὶ τῶν ὑπερτάτων θρόνων ἀποπηδήσας et p. 139 B: κατειρωνεύεται τὴν τοῦ Μωυσέως φωνὴν καθικέσθαι γεγραφότος ἄνωθεν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν ὅλων θεόν. non spurium igitur esse, sed locum mutavisse ἄνωθεν videtur. haec enim et Cyrillum in codice suo invenisse et Julianum scripsisse suspicor: μὴ δυνάμενος αὐτὸ ποιεῖν, ὡς ἔοικεν, εἰ μὴ ἄνωθεν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. ac si quis quomodo corruptela orta sit quaerat, ἄνωθεν ego ante κατῆλθεν propter exitus similitudinem a librario aliquo omissum posteaque in margine additum non recto loco insertum esse arbitror.

C. Christ. p. 138 C. ὁρᾶτε εἰς ὅσην ὑμῶν ἀτοπίαν ὁ λόγος

ἔρχεται; ea verborum collocatio est, ut ὑμῖν pro ὑμῶν posci videatur.

C. Christ. p. 152 B. γεγράφθω δὲ αὐτοῖς ῥήμασιν ἑκάστη τῶν ἐντολῶν, ἃς ὑπ' αὐτοῦ φησι γεγράφθαι τοῦ θεοῦ. αὐτοῖς (τοῖς) ῥήμασιν conicio.

C. Christ. p. 178 A. ἀλλ' ἀρχὴν ἔδωκεν (sc. deus) ὑμῖν ἐπιστήμης ἢ μάθημα φιλόσοφον; καὶ ποῖον; ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰ φαινόμενα θεωρία παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐτελειώθη τῶν πρώτων τηρήσεων παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐν Βαβυλῶνι γενομένων · ἡ δὲ περὶ τὴν γεωμετρίαν ἀπὸ τῆς γεωδαισίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα πρὸς τοσοῦτον μέγεθος ηὐξήθη · τὸ δὲ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῶν Φοινίκων ἐμπόρων ἀρξάμενον τέως εἰς ἐπιστήμης παρὰ τοῖς Ἕλλησι κατέστη πρόσχημα. τὰ δὴ τρία μετὰ τῆς *συναρίθμου μουσικῆς Ἕλληνες εἰς ἓν συνῆψαν ἀστρονομίαν γεωμετρίᾳ προσυφήναντες, ἀμφοῖν δὲ προσαρμόσαντες τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὸ ἐν τούτοις ἐναρμόνιον κατανοήσαντες. demonstrare hoc loco Julianus studet nullam artem neque Hebraeis neque Christianis ab ipsorum deo datam esse. nam astronomiam a Babyloniis et arithmeticam a Phoenicibus inchoatas, cum arte ac ratione vero a Graecis excultas esse legimus. geometria vero ab Aegyptiis inventa ubi perfecta sit, Julianus, si codices audiamus, non dicit, quanquam id ipsum ita agitur, ut deesse me quidem iudice non possit. mutilata igitur verba ἡ δὲ περὶ τὴν γεωμετρίαν - ηὐξήθη sunt, hoc satis certum est. utrum autem παρὰ τοῖς αὐτοῖς, quae verba ego olim ante πρὸς τοσοῦτον inserere volui, an alia alioque loco exciderint, dubium manet.

Pergo ad verba τὰ δὴ τρία e. q. s., ubi quid in συναρίθμου lateat nescio, nam ne εὐρύθμου quidem a Neumanno satis probabiliter coniectum est. quod autem idem μετὰ aut delere aut in μαθήματα mutare voluit, integra pro corruptis tentasse videtur. nam ταῦτα δὴ τρία, ni fallor, scribendum, μετὰ vero sanum est. haec enim loci sententia est: has tres artes cum musica Graeci in unum coniunxerunt, nec facile quisquam Neumanni subscribat huic interpretationi: 'diese drei Wissenschaften verbanden die Hellenen zu der Einheit der harmonischen Musik.'

C. Christ. p. 198 C. . . . . δέδωκεν ἡμῖν διὰ τῶν ἱερῶν τεχνῶν ἐπίσκεψιν, ὑφ' ἧς πρὸς τὰς χρείας ἔξομεν τὴν ἀποχρῶσαν βοήθειαν. nonne potius ἀφ' ἧς scribendum est?

C. Christ. p. 200 A. ἔλαθέ με μικροῦ τὸ μέγιστον τῶν Ἡλίου καὶ Διὸς δώρων. εἰκότως δὲ αὐτὸ ἐφύλαξα ἐν τῷ τέλει. ego, priusquam lenius remedium excogitetur, ἐν ante τῷ τέλει traditum cancellis circumscripserim.

C. Christ. p. 201 E. εἰ τοῖς ἐκείνων (sc. Judaeorum) γοῦν προσείχετε λόγοις, οὐκ ἂν παντάπασιν ἐπεπράγειτε δυστυχῶς . . . . . ἕνα γὰρ ἀντὶ πολλῶν θεῶν ἐσέβεσθε ἂν οὐκ ἄνθρωπον, μᾶλλον δὲ πολλοὺς ἀνθρώπους δυστυχεῖς. turpissime Neumannus lapsus est, cum sic alterum enuntiatum vertit: 'denn dann würdet ihr nicht an Stelle vieler Götter einen einzigen Menschen oder vielmehr viele elende Menschen verehren'. nam ex ipso Cyrilli testimonio quod Neumannus attulit hanc in verbis Graecis sententiam inesse perspiciamus: unum enim deum pro multis coleretis, non hominem vel potius multos miseros homines (sc. martyres). neque tamen recte explicare mihi locum sufficit, sed ut tam perfecta in Graecis quam in interpretatione mea verborum oppositio sit, facillima mutatione usus ἕνα γὰρ ἀντὶ πολλῶν θεὸν emendo.

C. Christ. p. 238 D. καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐπιτεῖναι τὴν παρ' ἡμῖν ἐφιλοτιμήθητε χυδαιότητα. τοῦτο δέ, οἶμαι, καὶ μάλ' εἰκότως, συμβαίνει πᾶσιν ἔθνεσιν· καὶ βίοις ἀνθρώπων ἑτέρων, καπήλων, τελωνῶν, ὀρχηστῶν, ἑταιροτρόφων καὶ ἁρμόττειν ᾠήθητε τὰ παρ' ὑμῖν. vix iure Neumannus καὶ (γὰρ) βίοις contra librorum auctoritatem scripsit. nam ferri posse videntur quae codices praebent, dummodo verba τοῦτο δὲ–ἔθνεσιν parenthesin esse existimes et sic post χυδαιότητα ut post ἔθνεσιν interpungas.

C. Christ. p. 290 D. ὁ δὴ πολλοὺς υἱοὺς ὀνομάζων θεοῦ καὶ τούτους οὐκ ἀνθρώπους, ἀγγέλους δέ, τὸν μονογενῆ λόγον θεὸν ἢ υἱὸν θεοῦ ἢ ὅπως ἂν αὐτὸν καλεῖτε εἴπερ ἐγίνωσκεν, οὐκ ἂν εἰς ἀνθρώπους ἐμήνυσεν; verba ὅπως ἂν αὐτὸν καλεῖτε, quae M codex praebet, emendatione egent. sed ἂν spurium esse temere ex Cyrilli testimonio (p. 294 C) quod Neumannus annotavit concludatur. nam ille, ut pro activo cum accusativo obiecti passivum καλεῖται scripsit, modum verbi mutare et ἂν omittere

potuit. praeterea emendandi facilitate magis ἂν-καλῆτε quam [ἂν]-καλεῖτε commendatur.

C. Christ. p. 347 B. ἡ γὰρ διαίρεσις μεμπτὴ κατὰ τίνα τρόπον ἦν, ἀπαιτούμενος οὐκ εἶχεν ὅπως διεξέλθῃ οὐδὲ ὅπως πρὸς ἐμὲ ψυχρολογήσει. pro ψυχρολογήσει, quod M codex exhibet, Neumannus ψυχρολογήσειε substituit. ego non minus facile coniunctivum ψυχρολογήσῃ repono, quem unusquisque propter praecedens διεξέλθῃ exspectat.

C. Christ. p. 356 C. ἔθυε μὲν γὰρ Ἀβραὰμ ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἀεὶ καὶ συνεχῶς· ἐχρῆτο δὲ μαντικῇ τῇ τῶν διαττόντων ἄστρων · . . . ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπίτροπον τῆς οἰκίας εἶχε συμβολικόν. εἰ δὲ ἀπιστεῖ τις ὑμῶν, αὐτὰ δείξω σαφῶς τὰ ὑπὲρ τούτων εἰρημένα Μωυσῇ· «μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγενήθη κυρίου λόγος Gen. XV, 1.
πρὸς Ἀβραὰμ κτἑ» σαφῶς absurde praedicato δείξω additum est, quia nihil quo planiora Moysis verba fierent Julianus ipse addidit. idem fortasse Oecolampadium offendit, nam sententiam ille sic mutavit, ut verteret 'manifeste ostendam per ea quae a Mose dicta sunt'. atqui ad hanc ego interpretationem Graeca conformare nolim, sed facilius δείξει σαφῶς pro δείξω σαφῶς scribam.

Transeo ad **Cyrillum**, in quo si non frustra operam collocavi, Neumanno, Juliani contra Christianos fragmentorum editori, gratiam debeo, qui codicum quos adhibui collationes petenti mihi liberalissime excerpendas permiserit. iam locos ipsos aggrediamur.

2 B. φίλον γὰρ παρ' ἡμῖν ἀεὶ καὶ σύνηθες καὶ πολύευκτον ἀληθῶς τὸ συγκροτεῖν αὐτὴν κτἑ. male M codice locus servatus est, neque enim φίλον in eo extare, sed ον literas abscissas esse et συγκροτεῖν αὐτὴν maculam concepisse, ut non possint nisi συγκ τεῖνα legi Neumannus testatur. sed φίλον reliqui codices exhibent, συγκροτεῖν αὐτὴν praeter ceteros B2mg tuetur. neque tamen in hac codicum lectione acquiescendum,

sed παρ' ante ὑμῖν traditum omittendum est, quod dittographia post γὰρ facillime patet oriri potuisse.

8 A. ὅτι τοίνυν Μωυσῆς (μωσῆς MV) ὁ θεσπέσιος πρεσβύτατος μὲν καὶ κατά γε, φημί, τὸν τοῦ γενέσθαι καιρόν, οἱ δὲ μετ' ἐκεῖνον ὕστατοι, σαφὲς καταστήσομεν κτέ. πρεσβύτατος μὲν [καὶ] κατά γε legendum videtur, cum praesertim Oecolampadius 'quod divinus Moses antiquissimus quidem fuerit temporibus' interpretatur.

12 C. τριακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι προεφήτευον ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας, ἔτι δὲ καὶ (ego: ἔτ τε καὶ M ἔτι τε καὶ Vv) Σοφονίας. ἔτι δὲ καὶ Graeci dicere solebant, non ἔτι τε καί.

18 D. Εἰ δὲ πάντα γέγονε παρ' αὐτοῦ, πάντως που καὶ ἕτερος παρὰ πάντα ἐστὶν, ἕτερος δὲ κατὰ φύσιν, ἐπεὶ μήτε γενητὸς μήτε μὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶν, ἀγένητος δὲ μᾶλλον καὶ ἀΐδιος καὶ χρόνου παντὸς πρεσβύτερος (ego 'omni tempore antiquior' O: πρεσβύτατος MVv) κτέ.

23 C. εἰ μὲν γὰρ ὡς πρὸς τὴν τῶν κτισμάτων εἰκόνα τὸ λογικὸν ἐπὶ γῆς ζῷον πλαστουργεῖν ἠθέλησε (M: ἠθ. πλ. Vv), τί τὸ οἰκεῖον αὐτοῖς συνεισκομίζει πρόσωπον «ποιήσωμεν» λέγων «καὶ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν.» [καὶ] κατ' εἰκόνα legendum est, Oecolampadius 'faciamus dicens secundum imaginem nostram' interpretatur. idem mendum p. 55 E extat, ubi sic scribi velim: εἰ πάντων ἄριστον τῶν ἐπὶ γῆς ζώων φαμὲν εἶναι τὸν ἄνθρωπον (M: φαμέν τε ἀνθ. εἶναι v) πεποιῆσθαί τε κατ' εἰκόνα (ego 'ad imaginem' O: καὶ κατ' εἰκόνα M καὶ καθ' ὁμοίωσιν καὶ κατ' εἰκόνα v) τοῦ κτίσαντος.

38 B. ἦν δὲ δὴ οὕτω καὶ οὐχ ἑτέρως καὶ τοὺς ἐφεξῆς ἀπαλλάξαι λόγους μακροτέρας ἐκβολῆς καὶ τοῦ γε δοκεῖν ἐσθ' ὅτε παρακομίζεσθαί ποι μακρὰν τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας. sic verba tradita sunt, quasi Cyrillus in primo libro longiore excursu abstinuisset. quanquam ipse verbis quae proxime praecedunt digressionem ibi se fecisse dicit. absurdum igitur καὶ ante ἐφεξῆς traditum est, cum praesertim ab Oecolampadio latine non expressum sit.

45 D. ἀκυρολογεῖ δὲ λίαν καὶ κατὰ τοῦ πανσόφου Μωυσέως καὶ τῆς αὐτοῦ συγγραφῆς οὐ μετρίαν ποιεῖται τὴν κατάρρησιν. φησὶ γὰρ τὸν τῆς κοσμοποιίας συντιθέντα βιβλίον εἰπεῖν μὲν ὅλως

τῶν ἀληθῶν οὐδὲν, ὕθλους δὲ ἁπλῶς συμφορῆσαι γεγηρακότας. haec editionibus vulgantur, codex M vero τῷ τῆς κοσμοποιίας συντεθέντι βιβλίῳ praebet, quae verba patet corrupta esse. sed quae in margine ab eodem librario teste Neumanno addita sunt, τὸ τῆς κοσμοποιίας συντεθέντα βιβλίον, proxime ad genuinam lectionem accedunt, nihil enim aliud nisi τὸ τῆς κοσμοποιίας συντιθέντα βιβλίον a Cyrillo scriptum esse arbitror.

47 D. παρ' οἷς δὴ πολὺς ὁ περὶ τοῦ πανσόφου Μωυσέως λόγος ἦν καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ (ego 'eius' O: αὐτῶν M αὐτῷ v) δογμάτων τὸ θαῦμα ἐτετίμητο (v: τετίμητο M).

48 D. τίσιν οὖν ἄρα προσνενευκότες οἱ τῆς ἀληθείας ἐρευνηταὶ τὴν ἀμώμητον καὶ ἀπλανεστάτην διάττοιεν (ἂν) τρίβον; similiter p. 84 A ἐνδείξειαν (ἂν) οἱ λόγοι, 214 C πῶς (ἂν) ἐνδοιάσειέ τις, 236 E πόση τις ἀρκέσειεν (ἂν) ἡ πληθύς, 318 C οὓς εὖ δὴ μάλα κατασημήνειαν (ἂν) ἀετοὶ restituo.

50 C. καὶ τὸν ἕνα καὶ φύσει θεὸν ἐξ ἀμαθίας τῆς ἄγαν ἠγνοηκότες λελατρεύκασι τῇ κτίσει. Oecolampadius 'et unum ac natura vereque deum' vertit, ut in eius codice, cum satis saepe ille aliquid in interpretatione omittat, nihil vero ipse addere soleat, τὸν ἕνα καὶ φύσει (καὶ ἀληθῶς) θεὸν fuisse suspicer. idem exempli causa p. 44 C, 45 A, 141 E, 148 E, 153 C, 164 D invenitur.

52 A. εἶτα, φής, ἀόρατος ὁ θεός; εὐφήμησον. καὶ τίς αὐτοῦ φανερώτερος; διὰ τοῦτο (πάντα) πεποίηκεν, ἵνα διὰ πάντων τις αὐτὸν βλέπῃ. πάντα ex Hermae Trimaximi Poemandro addidi, cuius verba haec sunt (XI, 22): δι' αὐτὸ τοῦτο πάντα ἐποίησεν, ἵνα διὰ πάντων αὐτὸν βλέπῃς. Oecolampadius 'propter hoc fecit omnia' interpretatur.

79 B. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι (sc. Porphyrius dicit)· τῆς γὰρ ψυχῆς τὸ αὐτεξούσιον εἰς ἀρετῆς (v: ἀρετὴν M) ἐλευθεριότητος κτῆσιν εἰληχυίας ἢ κακίας τὴν ἑκούσιον αἵρεσιν, ἵν' . . . . ἔχωσι χώραν . . . γερῶν νεμήσεις (v 'distributiones' O: νέμησις M) ψόγοι τε . . . . τοῖς τὰ τῆς ἀδικίας ἔργα ἐκτελεῖν (M: ἐκτ. ἐ. v) ἑλομένοις. verba ἐλευθεριότητος κτῆσιν, cum eo loco posita sint, ut sententiam turbent, spuria esse manifestum est.

79 C. ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ἡμῖν φύσει τὰς ἀρετὰς ὑπάρχειν, δοῦσα (sc. benevolentia divina) τὴν δύναμιν ἧς ἦν

αὐτὴ (ego 'cuius ipsa sit domina' O: ἡ σὺν αὐτῇ M ἣ ἣν αὕτη v) κυρία τὴν κτῆσιν αὐτῶν . . . . ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐποιήσατο.

81 C. ὅνπερ γὰρ τρόπον οὐκ ἀσυντελῆ τοῖς ἵπποις τὰ χαλινὰ πρὸς τὸ εὐδρομεῖν εἰδέναι . . . οὔτε μὴν ναυσὶ τὰ πηδάλια · κατευθὺ γὰρ ἵενται (ego: ἵεται Mv) σκοποῦ (M: σκοποῖς v) δι' αὐτῶν · οὕτως οὐδὲ ἀνθρώπων νόμος. genetivum ἀνθρώπων manifestum est tolerari non posse, sed utrum ἀνθρώποις an ἀνθρώπῳ Cyrillus scripserit dubitari potest. mihi pluralis praestare videtur, quippe qui Oecolampadi interpretatione et pluralibus ἵπποις et ναυσὶ magis quam singularis commendetur.

88 A. ὅτι μὲν οὖν οἱ Μάγοι Περσικόν εἰσι γένος ἐροῦσί που πάντως. Ζωροάστρην γε μὴν οὐδεὶς ἀπαλλάξειε λόγος τοῦ ταῖς μαγικαῖς ἐνισχῆσθαι (v: ἐνισχῦσθαι M) τέχναις. πάντως, ne subiectum desit, in πάντες mutaverim, quanquam Oecolampadius 'plane dicent' habet. in altero enuntiato eiusdem interpretationem 'liberabit' vertentis secutus ἀπαλλάξει legi iubeo, praesertim cum praecedens ἐροῦσι magis pro futuro quam pro optativo cum ἄν particula faciat. idem mendum p. 185 B extat, ubi sic scribo: καὶ ἀπιστήσει (ego. 'non credent' O: ἀπιστήσειε Mv) μὲν ἴσως ἀπαστισοῦν τοῖς περὶ τούτου λόγοις · οὐ μὴν . . . ἀντερεῖ.

95 A. ὅτι γὰρ . . . ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ὑπετίθει θανάτῳ ταῖς ἁμαρτίαις τυραννουμένην ἑωρακὼς (M: ἑωρ. τυρ. v) τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ὃς ἔν γε (τοῖς) πρώτοις, φημὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀδάμ, ἀπόχρη μὲν, ὥς γε οἶμαι, πρὸς ἔνδειξιν τἀληθοῦς καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. articulum ante πρώτοις addidi, sed quae post Ἀδὰμ exciderint tam incertum est, ut lacunam indicasse satis habeam.

117 E. ὅτε τοίνυν ἕκαστος τῶν πολιούχων θεῶν κατά γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἐνίησι τοῖς ὑπεζευγμένοις (ego: ἐπεζευγμένοις M τ. ἐπεζ. ἐν. v) ἔννοιάν τε καὶ γνώμην τὴν τοιάνδε (v: τοιάδε M) τυχὸν οἷον Πέρσαις μὲν καὶ Μήδοις τὴν *ἐν αὐτοῖς, Γερμανοῖς γε μὴν καὶ Κελτοῖς τὸ ὠμόν τε καὶ ἀπηνὲς, Σκύθαις γε μὴν τὸ χρῆναι μιαιφονεῖν καὶ ἀνδροκτασίαις ὠμῶς ἐπαγάλλεσθαι, Ῥωμαίοις γε μὴν (τὸ) χρῆναι (v: μιαιφονεῖν - χρῆναι om M) τιμᾶν τὰ ἐξαίρετα τῶν πραγμάτων · τί τὸ χρῆμα φαίη τις ἄν, ὦ γενναῖε, ἢ ποίας ἔτι τοῦτο προνοίας ἔργον ἂν εἴη (M: εἴη ἂν v); arti-

culum ante alterum χρῆναι ego addidi. sed quid in τὴν ἐν αὐτοῖς lateat nescio.

125 D. μηλοσφαγεῖν γὰρ προστέταχε καὶ διὰ τῶν ἴσων ἰέναι τρόπων (M: τρ. ἰ. v) προκομίζοντας τῷ θεῷ τὰς δωροφορίας. προσκομίζοντας scribendum est, quod verbum exempli gratia p. 125 E et 126 E recte libris traditum est.

143 E. τὴν μὲν αἰτίαν τῆς τῶν ἠθῶν (M: ἐθῶν v) τε καὶ νόμων διαφορᾶς, καθ' ἣν ἀλλήλων τὰ ἔθνη πρὸς τὸ (M: πρὸς v) ἑτεροίως ἔχειν απονοσφίζεται, διαρκέστατά μοι φῆναι (ego 'dixisse' O: φάναι v) δοκῶ. sic scripsi, quia infinitivus temporis praeteriti sensu poscitur.

144 E. εἶτα οὐκ ἐναργὴς δυσφημία κατὰ θεοῦ (M: κ. θ. δ. v) τὸ τοῖς ὧδε βδελυρωτάτοις (v: βδελλυρωτάτοις M) καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων κατακομίζειν (M B2mg: ἀποκομίζειν v) εἰδόσι καθυφεῖναι λέγειν ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὸ ἔτι τούτου (ego 'quod adhuc gravius' O: ἐπὶ τούτοις M ἐπὶ τούτων v) δυσφορητότερον· ἔδει γὰρ διαφόρους, φησὶν, (M: φησὶ διαφ. v) ὑπεῖναι φύσεις τοῖς μὴ ὁμοίως ἐσομένοις. nihil me similitudo verborum φήθη Μωυσέα μιαροῖς καὶ ἀποτροπαίοις δαίμοσι θυσίας ἐπιτελεῖν καὶ τὸ ἔτι τούτων (M 'illis' O: τούτου v) ἀφορητότερον αὐτὸν ἔφη τὸν νομοθέτην ἐφεῖναί οἱ τοῦτο δρᾶν quae p. 298 E scripta legimus ut nostro loco ἔτι τούτων mallem movit, quia facilius τούτου praesertim maiusculis literis scriptum quam τούτων in τούτοις abire potuit.

148 E. ἀκουόντων δὲ (v: δε M) καὶ πρὸς ἡμῶν οἱ μετ' ἐκείνου πλανώμενοι· οἱ κωφοὶ ἀκούσατε καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν, μυσαρᾶς (M: μυσαρὰς v) οὕτω καὶ γελωμένης (ego: γελωμένας Mv) λατρείας ἀποφοιτήσατε, μερικοὺς καὶ ψευδωνύμους, μᾶλλον δὲ τοὺς οὐκ ὄντας ὅλως ἀποπέμψασθε θεοὺς κτέ. confirmatur emendatio mea hac Oecolampadi interpretatione: 'desistite a tam abominabili et ridiculo cultu'. ceterum verba sic distinxi, ut non post λατρείας ut editores, sed post ἰδεῖν et ἀποφοιτήσατε interpungerem.

153 B. πῶς οὐκ ἀξιόληπτον γένοιτ' ἂν . . . . μὴ ἑτέρωσέ ποι καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσήκει (ego 'decet' O: προσῆκεν Mv) ἀποφοιτᾶν;

160 B. συνασπίζων δὲ πανταχοῦ τοῖς τοῦ Πλάτωνος λόγοις (M: παντ. δὲ συν. τ. λ. τ. Πλ. v) καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων τιθεὶς ἐν ἀμείνοσι τὰ παρ' αὐτοῦ (ego 'quae ab illo conscripta' O: αὐτῶν M αὐτῷ v) ῥαψῳδούμενα γράφεται πάλιν ἡμᾶς.

162 B. ὅταν τοίνυν καθορίζῃ τινῶν τὴν ἐφ' οἷς πεπαρῳνήκασι δίκην, τότε πρὸς ἡμῶν ὀργισθῆναι λέγεται καίτοι τὸ τῆς ὀργῆς πάθος ὑπομένειν οὐκ ἀνεχόμενος (sic M nisi quod ανεχόμενος sine spiritu habet: τ. παθ. τ. ὀργ. οὐκ ἀν. ὑπ. v) · κἂν εἰ μή τινας βούλοιτο τυχὸν τῶν ἐπιτηδείων τῆς πρὸς ἑαυτὸν οἰκειότητος ἀποφέρεσθαί ποι διά γε τοῦ προσκυνεῖν ἑλέσθαι (M: ἑλ. ποι τ. πρ. αὐτὸν οἰκ. ἀπ. δ. τ. πρ. v) τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς, ζηλοῦν δὴ (M: δὲ v) τότε φαμὲν αὐτὸν κτέ. καὶ εἰ emendandum est, nam κἂν εἰ, etiamsi, ab hoc loco alienum est. aeque p. 233 A sic scribendum est: τοὺς πιστεύσαντας . . . . . εἴργομεν . . . . ἥκιστα τοῖς Ἑλλήνων γράμμασιν ὁμιλεῖν. καὶ (ego: κἂν Mv) εἰ βούλοιτό τις τὴν αἰτίαν ἀναμαθεῖν, φαμὲν κτέ.

162 E. ἔστι μὲν γὰρ βραδὺς εἰς ὀργὰς ὁ τῶν ὅλων θεὸς . . . . . εὐμετακόμιστος δὲ πρὸς τὸ καταλῆξαι θυμοῦ καὶ κατοικτεῖραι προχείρως τοὺς ταῖς σφῶν αὐτῶν πλημμελείαις ἐνισχημένους. ut verba tradita sunt, προχείρως supervacaneum atque adeo molestum esse videtur. quare, quanquam Oecolampadius 'prompte' interpretatur, πρόχειρος legi iubeo.

163 B. καίτοι κατίδοι τις ἂν ἐσθ' ὅτε τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων τινὰς θυμῷ μὲν ἀκράτῳ κατατεθηγμένους (v: κατεθηγμένους M) τῶν ἐξ ἀπονοίας προσκεκρουκότων αὐτοῖς, εἴκοντας δὲ τῶν παρακαλούντων οὐδενί, αὐτοῖς θρόνους λαχοῦσι (M: λ. θρ. v) τοὺς ὑπερτάτους, οὐ τακτικῶς (v: τακτικῶν M) ἡγουμένοις, οὐχ ἑτέροις κτέ. οὐ τοῖς θρόνους λαχοῦσι pro αὐτοῖς θρ. λ. propter verba οὐ τακτικῶς ἡγουμένοις, οὐχ ἑτέροις corrigo. idem sine dubio Oecolampadius vertit, apud quem 'non sortitis summos thronos' legamus.

164 B. γέγραπται δὲ οὕτως ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς · βιβλίον δὲ
Num. XXV, 1-3. τοῦτο Μωυσαικόν · «καὶ κατέλυσεν - τῷ Ἰσραήλ.» ἆρα (M 'numquid' O: ὅρα v) βραχὺ τὸ πλημμέλημα καὶ οὐκ ἀποχρώντως ἔχον (M: ἐχ. ἀπ. v) εἴς γε τὸ δύνασθαι λυπεῖν . . . τὴν φιλάρετον φύσιν; ποία παραλέλειπται θαυμάτων ὑπερβολὴ ταῖς τῶν Αἰγυπτίων ἀπονοίαις καὶ αὐτὴν ὥσπερ ἐπανιστάντος τὴν κτίσιν

(M: τ. κτ. ἐπ. v) τοῦ . . . θεοῦ, ἵνα . . . . ἀπαλλάξῃ τὸν Ἰσραήλ. [καὶ γὰρ ὁ μὲν οὐρανὸς καθίει τὴν χάλαζαν, ... φλυκτίδες τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασιν ἀπεφύοντο.] εἶτα μοχθηρῶν γυναίων (M: γ. μ. v) ὡραισμοῖς εἰς ἀκαθέκτους ἡδονὰς ἀσυνετώτατα συνηρπάζετο καὶ δὴ καὶ εἰς τοῦτο προῆλθεν αὐτοῖς ἀποπληξίας ὁ νοῦς (M: αὐτ. ἀπ. ὁ ν. πρ. v), ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς τιμώμενον βρέτας ἑλέσθαι προσκυνεῖν. verba βιβλίον δὲ τοῦτο Μωυσαικόν, quia ea qua nunc utimur librorum Mosaicorum significatio Cyrilli temporibus usitatissima fuit, a Cyrillo addita esse negaverim. idem de p. 261 B verbis ἓν δὲ καὶ τοῦτο τῶν τοῦ πανσόφου Μωυσέως ἐστὶ βιβλίων sentio.

Verba καὶ γὰρ — ἀπεφύοντο (vel potius ἐπεφύοντο) cum M codice et Oecolampadio omitto, praesertim cum manifesta interpolationis ansa sit. praeterea, si illa servarentur, verbis εἶτα μοχθηρῶν e. q. s. aptum subiectum deesset, si vero eiecta erunt, Ἰσραὴλ facillime mente subaudietur.

166 E. εἰ γὰρ δὴ οἷοί τε ἦμεν (τὸν) θεῖον λογισμὸν ἀνιχνεῦσαι, ἔγνωμεν ἂν κτέ. τὸν ego inserui.

178 C. . . . . ἦν εἰκὸς καταθαυμάζεσθαι πρέπειν τοὺς (τῆς) ἀρίστης δόξης ἐπιμελητάς. τῆς ego addidi.

179 C. ὁ δέ γε σοφὸς ἀληθῶς (ἀληθῶς add M) καὶ ἀρτίφρων οὐκ ἐν ψιλαῖς καὶ μόναις φωναῖς κεκτήσεται τὸ εἶναι τοιοῦτος (ego: τοιοῦτο Mv).

179 E. οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ (M: εἰς γεωμετρίας v) αἰτήματα καὶ ὑποθέσεις ἐχούσῃ φιλοσοφία (ego ‘est philosophia’ O: φιλοσοφίᾳ Mv) οὐδὲ ἐν (ἐν add M) μουσικῇ σχολαστικῇ (ego σχολαστικῇ M: σχολαστικῷ v) γε οὔσῃ οὐδὲ ἐν ἀστρονομίᾳ φυσικῶν καὶ *ῥεόντων καὶ εἰκότων βεβυσμένῃ λόγων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ δι' ἐπιστήμης καὶ τῆς ἀληθείας ἑταίρων (M ‘quae iuncta . . . sunt’ O: ἑτέρων v) μὲν ὄντων τἀγαθοῦ, ὁδῶν δὲ ὥσπερ ἐπὶ (v: ἐπι M) τἀγαθόν. fulcitur emendatio mea ipsius Cyrilli his quae subsequntur verbis: οὐκοῦν οὐκ ἐν τοῖς τεχνυδρίοις τοῖς ὧδε κατεσκωμμένοις τὸ φιλοσοφεῖν ἐστιν.

186 A. οὐκοῦν εἰ τοῦ παντὸς ἄξιον εἶναί φασι (M: φησι v) τὸ καθεστηκέναι τὸ ἦθος καὶ τῇ τῆς πρᾳότητος εὐδίᾳ κατακαλλύνεσθαι καὶ μὴν τὸ ἐπιεικὲς εἰς λόγους οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἔχειν, γραφώμεθα τὸν Σωκράτην κτέ. adiectivum inter verba τὸ

καθεστηκέναι τὸ ἦθος intercidisse primo obtutu unusquisque concedet. ego Oecolampadi secutus hanc interpretationem 'esse . . . . moribus placidum' ἀπαθῆ ante καθεστηκέναι addam. praeterea καὶ μὴν (καὶ) τὸ ἐπιεικὲς scripserim, cum Oecolampadius 'et in lingua quoque utatur' vertat. aeque p. 196 B καὶ μὴν (καὶ) τὸ Λυδὸν ('Et etiam' O), 267 A καὶ μὴν (καὶ) οἱ μετ' αὐτὸν γεγονότες ('necnon et' O) emendandum est.

186 B. εἰ δέ τις τὸ δύσοργον ἐπαινεῖ καὶ τῆς γλώσσης τὸ ἀσελγὲς, διαβέβληται (δὲ) παρ' αὐτῷ τὸ τῆς πρᾳότητος χρῆμα, καταψέγει (v: καὶ καταψέγει M 'et vituperabit quidem' O) μὲν τὸ ἐπαίνου μεστὸν, τοῖς γε μὴν αἰσχίοσι τὴν ἀμείνω νενέμηκε ψῆφον· γελῷτο δ' ἂν ὁ τοιοῦτος καὶ μάλα εἰκότως. sic ego locum constitui, ut sententiae subvenirem. δὲ quod addidi omisso facile a librario aliquo quod hic vitium subesset non suspicante ante καταψέγει, ut quae inde sequuntur cum antecedentibus iungerentur, καὶ inseri potuit.

188 C. . . . . ὅς δὴ (sc. Moyses) καὶ πρῶτος γενέσθαι νομοθετῶν . . . . . καὶ δι' αὐτῶν μεμαρτύρηται τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱστοριογράφων· τὴν γε μὴν ἑτέραν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς εἰδείη τις ἄν. pro καὶ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς Mignius καὶ (ἐκ) τῆς θ. γρ. coniecit, quam coniecturam ego sic corrigo, ut ipsius καὶ loco ἐκ substituam. nam καὶ neque sententiae accommodatum et ab Oecolampadio omissum est. de καὶ et ἐκ voculis inter se confusis Bastius l. l. p. 746 et 815 uberius exposuit.

191 C. ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ Πασιφάη (v: αὐτῶ Πασσιφάη M) γυνὴ, θυγατέρες δὲ Φαίδρα τε καὶ Ἀριάδνη. καὶ τὸ μὲν γύναιον αὐτῷ (ego αὐτῶ M: αὐτοῦ v 'eius' O) τὸ (M: τῷ v) τῶν παρὰ φύσιν ἐρᾶν ἐνόσει (ἐνόσει add M) καὶ ταύρῳ συγγενέσθαι λέγεται. αὐτῷ, etiamsi M codex huic lectioni non faveret, scripsissem, quia genetivus prorsus otiosus est.

195 A. ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος καίτοι μετὸν αὐτῷ τὸ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τῇ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὁρᾶσθαι πρὸς τὸν πατέρα καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἐναβρύνεσθαι θάκοις (M: θώκοις B2mg) . . . . ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. verba ἐν μορφῇ-ὁτιοῦν integra esse nego, nam primo obtutu unicuique aliquid deesse videatur, quo qualis illa μορφὴ esse po-

tuerit accuratius definiatur. alia certe atque libri exhibent Oecolampadius latine expressit, nam vertit 'in forma cum patre omnibus modis aequali'. videtur enim ἐν μορφῆς ἰσότητι reddidisse, quod Cyrillum scripsisse iudico.

197 C. παρίημι γάρ, φησὶ (sc. Julianus), τὰ τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν μυστήρια καὶ ζηλῶ τὸν Μάριον. καλόν γε · οὐ γὰρ Δαρδάνου τὸ ἄθυρμα. τεθεσμοθέτηκεν αὐτὸς τὰς τῶν Κορυβάντων μανίας καὶ τὰς ἐν ἄντροις τῆς Ἴδης σκοτίους τελετὰς καὶ ἀσελγῆ μυστήρια. καίτοι πῶς οὐ . . . . . καταπημήνειεν ἂν τοὺς ἀκροωμένους ἐξιτήλων γέμοντα καὶ ἀνοσίων διηγημάτων; verba τεθεσμοθέτηκεν αὐτὸς (vel potius οὗτος 'ille' O) - μυστήρια sententiarum contextum interrumpunt ac tantopere, praesertim cum particula cum antecedentibus copulata non sint, alienum additamentum redolent, ut eicere ea non dubitem.

200 D. ἀλλὰ γὰρ ἐρασιχρήματός τε ὑπάρχων (sc. Aesculapius) καὶ λημμάτων (M: λημματίων B2mg) αἰσχρῶν ἐκτόπως ἡττώμενος πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν περιεφοίτησε χώραν ἐρανιζόμενος [τὰ] παρὰ πολλῶν ὤνιόν τε προθεὶς τοῖς ἀλγοῦσι τὸ ἐπιτήδευμα. τὰ ante παρὰ πολλῶν patet tolerari non posse. atqui ne sic quidem locus persanatus videtur, quia cuius operae mercedem Aesculapius ab hominibus exegerit non dicitur, sed ὤνιόν τι pro ὤνιόν τε scribi praestat.

203 D. τούς γε μὴν ἁγίους μάρτυρας οὔτε θεοὺς εἶναί φαμεν οὔτε προσκυνεῖν εἰθίσμεθα λατρευτικῶς δηλονότι, ἀλλὰ σχετικῶς καὶ τιμητικῶς, στεφανοῦμεν δὲ μᾶλλον ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ὡς τῆς ἀληθείας γενναίως ὑπεραθλήσαντας. verba λατρευτικῶς - τιμητικῶς a Cyrillo abiudico. neque enim ad προσκυνεῖν, cum id vocabulum adorationem apud scriptores ecclesiasticos significet, λατρευτικῶς addi opus est neque τὸ προσκυνεῖν σεπτικῶς (nam sic scripsit quicunque scripsit, non σχετικῶς) καὶ τιμητικῶς idem quod venerari valere potest. accedit quod στεφανοῦμεν δὲ μᾶλλον male praecedentibus uti vulgata sunt annectuntur, apta vero in verbis oppositio erit, si quae mihi suspecta videntur omiseris. omnem denique dubitationem Oecolampadius eximit, qui illa verba latine non expresserit, nam sic locum vertit: 'neque adorare consuevimus: laudamus

autem eos potius summis honoribus'. quae cum ita sint, non temere illa verba a me confido resecta esse, cum praesertim alieni additamenti quasi nota δηλονότι adiecto insignita sint.

206 D. ἀνήρηνται γὰρ παρ' αὐτῶν οἱ μακάριοι μάρτυρες ἐπ' οὐδενὶ μὲν τὸ σύμπαν τῶν ἀτοπωτάτων ἐληλεγμένοι, ὅτι δὲ (τῷ) ἐπὶ πάντας θεῷ τὸ γνήσιον τετηρήκασιν. τῷ ego inserui.

212 C. προσεποίσω δὲ χρησίμως κἀκεῖ οἷς ἔφην · ἆρ' αἰσχρὸν αὐτῷ καὶ ἀκαλλὲς (v: ἀκαλὲς M) εἶναι δοκεῖ τὸ βεβασιλεῦσθαι κτέ. in verbis προσεποίσω - ἔφην et καὶ adverbio ἐκεῖ additum suspectum est et obiectum enuntiati requiritur. quae offensiones ut tollantur, κἀκεῖνο pro κἀκεῖ scribo, cum praesertim adverbio ἐκεῖ facillime carere possimus.

215 E. ἐγήγερκε γὰρ ἐκ μνημάτων νεκρούς, ῥαβδαίοις πνεύμασιν ἐπετίμησε, συνέτριψε λόγῳ τὸν σατανᾶν, εἴργασται δὲ καὶ τὰ ἔργα τῶν θαυμάτων. καὶ ἕτερα τῶν θαυμάτων pro καὶ τὰ ἔργα τ. θ. poscitur, Oecolampadius 'operatus est et alia miracula' interpretatur.

219 A. ὃ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐξενηνεγμένον ἐξ αὐτῶν ἔνεστιν ἰδεῖν. ἐπειδὴ δέ, ὡς ἔφην, περὶ θείων ἡμῖν δογμάτων ὁ λόγος καὶ παρὰ τίσιν ἂν εἴη τὸ ἀψευδὲς καὶ πέρα διαβολῆς, πότερα [τὰ] παρ' ἡμῖν ἤγουν παρ' αὐτοῖς πολυπραγμονεῖν ἐσπούδασται, τί φύρει τὰ ἄμικτα κτέ. τὰ ego uncis inclusi. praeterea in priore enuntiato, quod lacunosum esse appareat, Oecolampadi secutus hanc interpretationem 'id quod tandem factum re ipsa videre licet' ἐξ αὐτῶν (τῶν πραγμάτων) ἔνεστιν ἰδεῖν scripserim. similiter Cyrillus p. 223 B ἐξ αὐτῶν μαρτυρηθήσεται τῶν πραγμάτων dixit.

222 E. φαίην ἂν εἰκότως ὡς, ὅσον μὲν ἥκει (ego 'pertinet' O: ἧκεν Mv) εἰς ἠχὼ . . . φωνῆς . . . . .. εὐδοκιμεῖ μὲν παρ' Ἕλλησιν ἡ αὐτῶν εὐγλωττία κτέ.

226 D. οὐκοῦν φαίη ἄν, οἶμαι, τὶς καὶ ἐπ' αὐτοῖς εἰκότως · ὢ μέγεθος ἀρετῆς τῶν Ἰουλιανοῦ θεῶν · ὢ σοφίας πλοῦτος · οὐ περιγεγόνασιν ἡδονῆς καὶ φιλοσαρκίας ὢ τοῦ παντὸς ἄξιον καταλογισαίμην. verba ὢ τοῦ παντὸς e. q. s. sensu destituta sunt, quia ὢ ab hoc loco prorsus alienum est. Cyrillus ὃ τοῦ π. ἀξ. καταλογισαίμην (ἂν) scripserit.

231 A. πρῶτον μὲν γάρ, ὃ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐστὶ τιμαλφέστερον, κατίδοι τις ἐν αὐτῇ τοὺς τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας ἐναστράπτοντας λόγους. ἂν particula quae ad κατίδοι pertineat deest, abundat vero ἐν ante αὐτῇ traditum, nam ἐναστράπτειν τινὶ, non ἔν τινι, quantum ego graece scio, dicitur. quae offensiones ut tollantur, illud ἐν in ἂν muto.

234 C. ἢ οὐχ ὁρᾷς τουτουσὶ τοὺς ἐν ταῖς σκηναῖς αὐλοῦντάς τε καὶ κιθαρίζοντας [τοὺς] ταῖς εὐφημίαις κατακηλεῖν εἰωθότας τοὺς τῶν ᾀδομένων φιλακροάμονας, ἀλλ' εἰσὶν ἔσθ' ὅτε τῶν κατεψεγμένων καὶ ταῖς ἐκ νόμων αἰτίαις ἔνοχον διαβιοῦντες ζωήν. τοὺς ego delevi.

234 D. οὐκοῦν ὅτι μὲν καλλιεπείας εἰς ἅπαν (ego: εἰσάπαν Mv) ἥκουσι μέτρον, ἐπαινέσαι τις ἂν αὐτούς. similiter Cyrillus p. 239 B ὡς ἀγερωχίας εἰς ἅπαν προηκόντων μέτρον dixit.

239 C. ἐπειδὴ δὲ . . . . τέλος ἐστὶ καὶ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς, ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένων ἔν τε τῷ νόμῳ καὶ τοῖς ἁγίοις προφήταις εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν πεποδηγήμεθα. καὶ γοῦν τὴν τοιάνδε (v: τοιάδε M) τοῦ νόμου καὶ προφητῶν προανάῤῥησιν (ego: πρὸς ἀνάρρησιν M προσανάρρησιν v) εἰς δεῦρο τιμῶντες διατελοῦμεν ἡμεῖς. προσανάῤῥησις nullo pacto ferri potest, nam quid πρὸς praepositio hic sibi velit nemo intellegat. sententiae vocabulum προανάῤῥησις accommodatum est. idem p. 284 A invenitur, ubi haec scripta legimus: προκεχρησμῴδηται τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον καὶ πληθὺς ἁγίων ἐποιεῖτο τὴν προανάῤῥησιν. quam coniecturam qui probaverit, idem vocem προσανάῤῥησις a Stephani thes. l. gr., ubi ex nostro loco recepta est, abesse volet.

240 D. καίτοι πῶς οὐ περινοεῖν ἄξιον ὡς οὐκ ἂν ὁ θεῖός τε καὶ ἀκήρατος νοῦς ἀφαμαρτήσει ποτὲ τοῦ εἰκότος . . . . οὐδ' ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ διάφορος ὢν καὶ τἀναντία θεσμοθετῶν ἁλοίη πώποτε; nolim ego pro ἀφαμαρτήσει ἀφαμάρτοι scribi, quod nimis a codicis lectione recedat, sed nescio an ἀφαμαρτῆσαι substituendum sit. nam non solum similes aoristi ut ἐβλάστησα, ὠλίσθησα, ὤφλησα [1]) inde a tempore Alexandrino [2]) quod dicunt

[1]) cf. Veitch. Greek verbs irregular and defective s. v. βλαστάνω, ὀλισθάνω, ὀφλισκάνω.

[2]) ὤφλησεν apud ipsum Lysiam or. XV, 65 invenitur.

comparent, sed ab ipso verbo ἁμαρτάνειν talem aoristum cum alii scriptores satis multi[1]) tum Cyrillus formavit, cuius codices p. 321 B infinitivum ἀφαμαρτῆσαι praebent.

242 B. . . . ἡμεῖς ἐν παντὶ μὲν λόγῳ πεποιήμεθα τὸ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς καὶ ἀκαταψέκτως, ... ἡγούμεθα δὲ [τὰ] στυγητὰ μοιχείαν, πορνείαν . . . καὶ πρός γε τούτοις τὰ ἕτερα τῶν κακῶν ταυτὶ δὴ (ego: δὲ Mv) καὶ μόνα καταμιαίνειν εἰδότες τοὺς ἁλόντας αὐτοῖς. τὰ ego inclusi.

254 D. καὶ μὴν καὶ διὰ φωνῆς τῶν προφητῶν οὕτω φησίν·
Jerem. X, 11. «ἐρεῖτε αὐτοῖς-τοῦ οὐρανοῦ τούτου.» καὶ προσέτι τούτῳ · «καὶ θεὸν πλὴν ἐμοῦ οὐ γνώσῃ.» sint qui pro τούτῳ propter οὕτω praecedens οὕτω velint, ego τοῦτο praeferam, quia una sic mutatione eaque in exitu verbi locus sanatur.

259 E. ὅτι δὲ ψευδοεπεῖ καταλῆξαι λέγων εἰς Σεδεκίαν (B2mg: ἐζεκίαν M) τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν [καίτοι τοῦ (M: καὶ τοῦ v) Ζοροβάβελ, ὡς ἔφην, μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τοῖς τῆς βασιλείας θάκοις ἐνιδρυμένου] εἰδείη τις ἂν ἐντεῦθεν. verba quae uncis inclusi librarii oscitantia huc irrepserunt. neque enim antea usquam de Zorobabel rege Cyrillus disputavit, id quod unusquisque ex verbis ὡς ἔφην concludat. accedit quod Oecolampadius verba cancellis circumscripta non vertit, sine dubio quod in codice ea non invenit. corruptelae origo aperta est. apparet enim librarium prioris enuntiati partis similitudine deductum ad haec p. 260 B verba aberrasse: πῶς οὖν καταλῆξαί φησιν εἰς Σεδεκίαν τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, καίτοι τοῦ Ζοροβάβελ, ὡς ἔφην, μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τοῖς τῆς βασιλείας θάκοις ἐνιδρυμένου.

265 A. ἐπειδὴ γὰρ ὅτι (ego 'quicquid' O: εἴ τι Mv) παρῆκται πρὸς γένεσιν τὴν τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ὑποκάθηται δόξαν καὶ οὐδέν ἐστιν ὁλοτρόπως προσεοικὸς αὐτῇ . . .. ταύτῃ τοι . . . . τὴν ἐκ τῶν παραδειγμάτων ἐρανιζόμεθα χρείαν.

268 B. καὶ ταυτὶ μὲν ἡμῖν καὶ (καὶ add M) ἐν ἑτέρῳ (v: ἑτέρω M) τέθειται λόγῳ, ἐπιτροχάδην (δὲ) νῦν ἀναγκαίως αὐτῶν διεμνημονεύσαμεν. δὲ ego addidi.

[1]) cf. Lobeck. ad Phryn. p. 732.

268 C. . . . θεὸς ἑαυτὸν αὐτοῖς (sc. Judaeis) ἐμφανῆ καθίστησι λέγων· «ἄκουε, Ἰσραήλ, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστι» καὶ πάλιν· «ὥστε εἰδέναι σε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς καὶ οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ» καὶ μὴν καί· «οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.» ταυτὶ δέ φαμεν εἰρῆσθαι σοφῶς τῆς ἑλληνικῆς ἀπάτης εἰς ἀναίρεσιν. ἕνα γὰρ ἑαυτὸν ὀνομάζων θεὸν πανταχῆ τοὺς πολλοὺς εἶναι νομίζειν οὐκ ἐᾷ. verba ταυτὶ δέ φαμεν εἰρῆσθαι σοφῶς tento, quia illae voces divinae non tam sapienter quam dilucide dictae videntur. idemque de iis Cyrillum praedicasse ex verbis ἕνα γὰρ-ἐᾷ elucet. quapropter, quamvis Oecolampadius ‚sapienter' interpretetur, σοφῶς in σαφῶς muto.

271 C. ἡμῖν δὲ ἅπαξ ἀπόχρη τὸ ἀψευδεῖν, εἰ λέγοιμεν καὶ αὐτοὺς τῶν Ἑλλήνων λογάδας διακεῖσθαι καὶ φρονεῖν ὡς μέχρι τριῶν ὑποστάσεων προβέβηκεν (M 'progressa sit' O: προβέβληκεν v) ἡ θεότης ἤγουν ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος φύσις, διαμέμνηνται δὲ καὶ τριάδος. non solum οὕτω τοὺς ante τῶν Ἑλλήνων λογάδας inseram, verum etiam διαμέμνηνται in διαμεμνῆσθαι mutem, praesertim cum Oecolampadius sic locum interpretetur: ‚si dixerimus et ipsos Graecorum sapientes sic sensisse . . . et meminisse trinitatis'. fortasse compendium -σθαι syllabae perperam lectum vitii causa fuit.

275 B. . . . . καὶ κινεῖ (sc. deus) μὲν εἰς γένεσιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ, εὖ δὲ (ego: δὴ Mv) καὶ γεγονότα συνέχει κτέ.

279 D. ἔδει γὰρ ἔδει τοιαύτην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀπότεξιν . . ., ἵν' ἔχῃ τι (ego 'quiddam' O: τὸ Mv) θεοπρεπὲς ἡ εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ πάροδος.

286 B. ταύτῃ τοι προῆλθεν ἄνθρωπος παραδόξως καὶ ὑπὲρ νοῦν τὸν (τὸν add M) ἀνθρώπινον ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος καὶ συνανεστράφη (M 'conversatus est' O: συνεστράφη v) τοῖς ἐπὶ γῆς τοῦτο μὲν . . . . . ἀναπείθων ἐννοεῖν ὅτι θεὸς ἦν . . ., τοῦτο δὲ τοῖς ὑπὲρ νόμον εἰσηγήσεσι τοὺς τῆς ἀληθοῦς (ego: τοὺς ἀληθείας M τῆς ἀληθοῦς (sine τοὺς) B2mg v) εὐζωίας ὑποφαίνων τρόπους . . . . καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις ἐναστράπτων (B2mg: ἐναπαστράπτων M ἐπαναστράπτων v) τὴν γνῶσιν. τοὺς ἀληθείας quod M codex et τῆς ἀληθοῦς quod B2mg exhibet ita coniunxi, ut τοὺς τῆς ἀληθοῦς scriberem. in sequentibus ex B2mg ἐναστράπτων recepi, quia

neque ἐναπαστράπτειν neque ἐπαναστράπτειν Graeci dicebant, sed ἐναστράπτειν.

300 A. ἔχει δὲ ὁ λόγος ἀναγράφειν αὐτοὺς ἀσπίδα μὲν εἰς οὐρανοῦ τύπον διά τοι τὸ κυκλοτερὲς (ego: κυκλοφερὲς Mv), ὄφιν γε μὴν εἰς χρόνου (ego: εἰς χρόνον Mv 'in figuram temporis' O) ὡς μακρόν τε καὶ πολυέλικτον, διέρποντα δὲ καὶ (καὶ add M) ἀψοφητί. Oecolampadius vix εἰς χρόνου τύπον in codice suo invenit, sed 'figuram' ipse addidit.

300 B. γέγραφε γὰρ ὡδὶ περὶ αὐτοῦ Πορφύριος . . . · «ἦν Porph. p. 30 ed. Nauck. δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων τοιοῦτον [καὶ τὰ περὶ Πυθαγορικῶν αἰνιγμάτων]· ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν . . . · μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν (M Porph.: σαλεύειν v) κτέ. verba quae inclusi et sententiam turbant et a Porphyri libris absunt. orta autem interpolatio inde est quod verba τὰ περὶ Πυθαγορικῶν αἰνιγμάτων quasi tituli loco in margine a lectore aliquo adscripta inter ipsa Cyrilliana irrepserunt.

300 E. μὴ γάρ τοι μόνοις ἐνῇς (ego: ἐνίῃς Mv) τοῖς ἐμφανεστέροις τὸν νοῦν μηδὲ τὴν τῶν αἰνιγμάτων ἀδικήσῃς (ego: ἀδικήσεις Mv) χρείαν . . . ., πολυπραγμόνει δὲ κτέ.

309 C. φαίη δ' ἂν ἴσως ὁ δι' ἐναντίας · καίτοι χρὴ δήπου θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν ὑστεροβουλίας ὁρᾶσθαι κρείττονα . . . καὶ ἣν νῦν ἀπόβλητον ποιεῖται θυσίαν μηδ' εἰς νοῦν ἐνεῖναι τοῖς ὑπὸ νόμον. nonne potius χρῆν scribendum est?

316 E. τί δὲ δὴ τὸ πτερυγίων . . . ἐστερῆσθαί τινα τῶν τοῖς ὕδασιν ἐμβιοῦν (ego: ἐκβιοῦν Mv) εἰωθότων;

326 B. ἡμᾶς . . . φησὶ . . . πεποιῆσθαι μὲν παρ' οὐδὲν (v: παρουδὲν M) τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, τραπέσθαι δὲ μᾶλλον . . . ᾗπερ ἂν ἡμᾶς ἀποφέροι τὸ (ego: ἀποφέροιτο Mv) δοκοῦν. duo sic vitia tolluntur, nam et medium a loco alienum et articulus ante δοκοῦν necessarius est.

327 E. θαυμάζω δὲ ὅτι . . . διημάρτηκε τἀληθοῦς καὶ τοῦτο εἰσάπαν. οὐ γὰρ δὴ φάναι ὡς εἴη θεὸς ὁ Χριστὸς οὔτε Παῦλον οὔτε Μάρκον οὔτε Ματθαῖον οὔτε Λουκᾶν. ἔνεστι δὲ τοῖς ἐθέλουσι τοὺς πρὸς αὐτῶν (ego: αὐτὸν Mv) γεγονότας βασανίζειν λόγους ἐναργέστατα ἰδεῖν ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι στεφανοῦντας αὐτὸν κτέ. indicativus deest unde verba φάναι οὔτε Παῦλον e. q. s. pendeant. facillime συγχωρεῖ post οὐ γὰρ δὴ inseri

videtur, praesertim cum in Oecolampadi interpretatione 'non enim admittet . . . dixisse' legamus.

332 A. ἵνα γὰρ μὴ (τῇ) τῆς σαρκὸς γενέσει σύγχρονον εἶναί τις ὑποτοπήσειε τὸν ἐνανθρωπήσαντα λόγον . . . . ., προδιέξεισι κτέ. τῇ ego inserui.

333 E. φήθη γὰρ διαδεῖξαι (ego: διαδείξειν Mv) δύνασθαι τὸν πανάριστον εὐαγγελιστὴν ταῖς ἑαυτοῦ φωναῖς ἀντεξάγοντα.

337 C. οὕτω τὸν Λάζαρον (M: λάζ. ἴσως v) παλινάγρετον (v: παλιναίρετον M) ποιεῖσθαι τὴν ζωὴν καὶ ὀδωδότα προστέταχεν. οὕτω τὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου παραδόξως ἀνεβίω κόριον· «ἥψατο γάρ», φησί, «τῆς χειρὸς αὐτῆς λέγων · ἡ παῖς, ἔγειραι.» καὶ μὴν καὶ ἐν Ναίν · μία δὲ αὕτη τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πόλις · τὸν τῆς χήρας ἀνέστησεν υἱὸν κτέ. non modo ἀνεβίωσε pro ἀνεβίω, ut subiectum idem maneat, scribendum est, sed verba μία δὲ αὕτη τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πόλις eo suspecta sunt quod sic illa miraculorum exempla a Cyrillo enumerantur, tanquam omnibus nota sint.

340 E. . . . . ἵνα κοινωνήσῃ (sc. Pythagoras) τῆς τῶν προειρημένων (sc. Aegyptiorum) παιδείας. ποία (B2mg v: ποῖ M) δὲ αὕτη (ego 'ista' O: αὐτὴ Mv), διεσάφησε (sc. Porphyrius) προστιθείς · «ἀφίκετο δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίους, φησὶν (sc. Aristoxenus), ὁ Πυθαγόρας καὶ πρὸς Ἄραβας καὶ Χαλδαίους, παρ' ὧν τὴν περὶ ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβώσατο.» sic Cyrillus Porphyri locum affert, in huius vero libris post Χαλδαίους verba καὶ Ἑβραίους addita sunt. agitur igitur utrum illa verba a Cyrillo vel eius librario omissa an Porphyri locus post Cyrilli tempus interpolatus sit. ego alterum factum esse iudico. ut enim verba παρ' ὧν-ἠκριβώσατο non in Hebraeos, sed in Chaldaeos quadrant, ita iis quae apud Porphyrium eadem pagina editionis Nauckianae sequuntur quid apud Aegyptios, Arabes, Babylonios Pythagoras fecerit exponitur, Ἑβραίους praecedens vero omnino non respicitur. atque horum argumentorum vis tanta est, ut Clementis Alexandrini, Eusebi, Augustini locos quos Kiesslingius (edit. Porphyr. p. 22) attulit nihil ad codicum lectionem defendendam valere existimem, sed id potius inde concludam e scriptore aliquo Christiano locum Porphyrianum interpolatum esse.

341 B. ἀκουέτω πρὸς ἡμῶν ὡς, ἡνίκα μὲν τοῖς ἱεροῖς νόμοις ὑπέχοντες τὸν αὐχένα τὸν ἕνα (M 'submittentes cervicem unum' O: ὑπείχοντο τ. αὐχ. κ. τ. ἑ. v) καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν καὶ τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ κύριον θεραπεύειν ἤθελον, ἡμοιρηκότες εἰσάπαν (M: εἰς ἅπαν v) τῆς ἔν γε τούτῳ γραφῆς ἁλοῖεν ἄν. Cyrillus potius τῆς ἐπί γε τούτῳ γραφῆς scripsisse videtur.

346 A. ἐκβεβηκότος δὴ οὖν τοῦ τύπου πρὸς ἀλήθειαν καὶ ἀντὶ πυρὸς αἰσθητοῦ τὸ πνεῦμα δεχόμενοι τὴν πνευματικὴν καὶ λογικὴν πληροῦμεν λατρείαν. cum hunc locum primum legerem, genetivus absolutus quem dicunt et nominativus participii καὶ particula inter se copulati, praesertim cum tempora participiorum diversa sint, me offenderunt. quare illud καὶ et eo confidentius quidem omitto, quod Oecolampadius sic locum vertit: 'Igitur quum pervenisset figura ad veritatem: nos pro igne sensibili, spiritum accipientes, rationale implemus ministerium.'

346 C. καὶ πρόφασιν ποιούμενος τῆς εἰς τοῦτο ῥᾳστώνης τὸ μὴ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καθικνεῖσθαι τὸ πῦρ παρεκόμισεν ἂν εἰς ἔλεγχον εὐσθενῆ κτέ. ἄνωθεν et ἐξ οὐρανοῦ καὶ particula inter se coniuncta corruptelae mihi suspicionem moverunt. neque me iudice illam particulam omitti sufficit, sed ne verbis ἐξ οὐρανοῦ quidem parcam, quippe quae nimis interpretamentum redolere videantur.

360 A. Σοφοκλῆς γοῦν ἐν Ἀντιγόνῃ εἰσκεκόμικέ τινα τῶν ἀγγέλων οἳ δὴ καὶ 'τετάχατο τὸ Πολυνείκους σῶμα τηρεῖν τῷ τὰ Θηβῶν ἰθύνοντι κράτη λέγοντα (Κρέων οὗτος ἦν)·

ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν κτέ. verba Κρέων οὗτος ἦν eo loco collocata sunt, ut ea lectoris alicuius additamentum esse suspicer, Cyrillus ea ante λέγοντα inseruisset.

VITA.

Natus sum Paulus Klimek a. d. V. Id. Januar. a. h. s. LVIIII in vico Koeniglich Neudorf prope Oppolium sito patre Josepho, matre Julia e gente Potempa, quos adhuc vivos esse gaudeo. fidem profiteor catholicam. primis literarum elementis et a patre et in ludo literario catholico Oppoliensi imbutus autumno a. h. s. LXVIII gymnasium eiusdem urbis frequentare coepi, cuius per novem annos discipulus fui. autumno a. h. s. LXVII testimonio maturitatis instructus hanc almam matrem Viadrinam adii, ut studiis operam darem philologicis. in civium academicorum numerum receptus per undecim semestria scholis interfui vv. ill. Dilthey, Freudenthal, Hertz, Hillebrandt, Kaibel, Ludwich, Neumann, Reifferscheid, Rossbach, Stenzler. seminarii regii philologici sodalis fui per unum semestre extraordinarius, per duo semestria ordinarius. praeterea exercitationes philologicas a Kaibelio institutas per quattuor semestria frequentavi.

Praeceptoribus omnibus, qui variis me beneficiis devinxerint, gratias ago quam maximas eorumque memoriam pio semper gratoque animo prosequar.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I. Omnium librorum manu scriptorum quibus Juliani Caesares traditi sunt unus archetypus fons fuisse putandus est et ita quidem, ut ex eo et V et apographon quoddam deperditum, ex hoc vero M et Aug libri manasse videantur.

II. Quod Neumannus (ed. Jul. adv. Christ. frg. p. 159) hiatum neque respiratione neque frequenti vocis usu neque dicendi consuetudine excusatum a Juliano prorsus alienum et mutatione tollendum esse censet, in codicum lectionem grassari videtur.

III. Genetivos stirpium substantivorum in -ῐ desinentium in -ηος exeuntes in Homeri carminibus contra Gustavum Meyer (gramm. gr. 338) retinendos esse censeo.

IV. Apud Antiphontem III, β, 3 fortasse συμβέβηκε δέ μοι πολὺ παρὰ γνώμην τοῦτο ὄν (τούτων codd) emendandum est.

V. Frg. 150, 167, 168, 177 quae Blassius in Antiphontis editione inter ambigua refert ex Antiphonte sophista, frg. 166 ex oratore petitum esse suspicor.

VI. Sen. nat. quaest. III, 5 sic scribi velim:
Occulto enim itinere subit terras et (ut) palam venit, secreto revertitur colaturque in transitu mare.